Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0002-7

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS PUBLICI

DE

# SCAMNO COMITIORVM TRANSVERSO,

# Von der Querbanck.

QVAM

IN ALMA SALANA

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,

*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DN. GVILIELMO HENRICO,**

DVCE SAX. JVL. CLIV. MONT. ANG. ET WESTPH. &c.

DVCATVS ISENACENSIS HEREDE,

*CONSENSV ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS,*

SVB PRÆSIDIO

*VIRI ILLVSTRIS ET EXCELLENTISSIMI*

**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII,**

JCTI FAMIGERATISSIMI,

SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS CONSILIARII STATVS INTIMI, CVRIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATVS, NEC NON FACVLT. JVRID. ASSESSORIS GRAVISSIMI, JVRIS PVBLICI, FEVDALIS, CODICIS AC NOVELLARVM PROFESSORIS ORDINARII,

*DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SVI ÆTATEM DEVOTE VENERANDI,*

IN JCTORVM AVDITORIO

*publicè Eruditorum disquiſitioni ſubmittit*

AVCTOR

JOHANNES CHRISTOPHORVS PVRCKHAVERVS,

ROTENBVRGO FRANCVS.

*Ad diem 3. Menſis Septembris Ao. M DCC VII.*

---

JENÆ, CUPRO MULLERIANO.

*J. J.*

# SECTIO I.

## *GENERALIA SCAMNI PERTRACTAT.*

§. I.

VOcabulum *Scamni* utrum natales ſuos Græco an Latino *planè* debeat Idiomati, non omnimodo inter Interpretes convenit. *Prius* enim tueri conatur Nunneſius, motus, quod in vulgatis Lexicis, etiam Iſocrati ſcamna dicantur σκάμνα & σκαμνία ſit legere. *conf.* Voſſ. in Etymolog. *lat. lingv. ad voc. Scamnum.* Utcunque autem Nunneſius Scamni vocabulum græcum origine eſſe opinetur; Rectius tamen *poſterius* docet Varro *in IV. de L.L.* cum quo faciunt Voſſ. & Fab. *in Theſ. Erud. Scholaſt. ad Vocab. Scamnum*, putantes, hoc vocabulum derivari à ſcandendo. Sic enim Varro *in cit. loc. Quia*, inquit, *ſimplici ſcandebant in lectum non altum, ſcabellum: in altiorem, Scamnum.* Erant enim Scamma alta editaque, ut ſcandere. v. Voſſ. *alleg. loc.* it. per gradus aſcendere opus eſſet. Fab. *in Theſ. alleg. loc.* Idem Etymon amplectitur Iſidor. *L. XX. Orig. cap. 11.*

§. II.

Cæterùm variè à politioris literaturæ auctoribus Scamnum uſurpatur. Sic enim Scamnum ſumptum generaliter aliquando

denotat id, quod pedibus ſedentium ſubjici ſolet, germ. Ein Fußſchemel. Ita namque ap. Ovid. *in Art. amand.* legitur.

*Et cava ſub tenerum Scamna dediſſe pedem.*

Nonnunquam per Scamnum deſignatur terra illa clarior inter duos ſulcos in colendo agro delicta: Das aus- und auffgeworffene Erdreich zwiſchen zwo Furchen: *ap. Plin. & Columell.* hinc indubiè *ſcamnatus ager* dicitur Aggeno Urbico, quaſi per Scamna diviſus. Voſſ. *ſupr. cit. loc.* Rami quoque arborum & brachia ſedilium uſum præbentia interdum Scamna appellantur. v. *Lex Decimat. verb. Scamnum.*

Specialiter autem & propriè ſignificat certum quodpiam Sedile, cui inſidere ſolemus, de quo Ovid. *Faſtor. 6.*

*Ante focos olim Scamnis conſidere longis*
*Mos erat.*

§. III.

Scamni in hoc ultimo ſignificatu ſumpti fit mentio ap. Paul. *l. 3. recept. ſent. t. 6. §. 65.* ubi inſtrumento balneatorio legato *Scamna* quoque cedere dicuntur. it. *l. 3. ff. de Supell. leg.* quâ expreſsè ſupellectile legata, Scamna quoque contineri, aſſeritur.

Vocantur Scamna etiam *Hypodia*, Paul. cit. loc. vel *hypopodia* Gothofr. *ad l. 3. ff. de Supellect. leg.* licet hæc vox accuratius inſpecta, id potius, quod pedibus ſubjici conſuetum, i.e. Scabellum, diminutivum ſcil. à Scamno ortum trahens, denotare videatur. conf. Voſſ. *Etym. lat. lingv. loc. cit.* Sub eodem porro cum Scamnis nomine veniunt *Subſellia*, quæ Scamnis conjungit JCtus in *l. 3. pr. de Supell. leg.* Et Conſtantinus Imp. in *l. 2. C. Theodoſ. de contr. Emt.* in venditione quarumlibet rerum vicinos ad proprietatis demonſtrationem adhibere jubet, usque adeò, ut etiamſi, prout verba legis ſonant, *Subſellia*, vel (ut vulgò ajunt) *Scamna* vendantur cautio iſta obſervari debeat. v. Jac. Gothofr. *ad d. l. 2. in fin.*

§. IV.

Ab hiſce autem Subſelliis à JCto *in d. l. 3.* ad ſupellectilem
resque Patrisfam. domeſticas relatis, omninò probè diſtinguenda
ſunt peculiaria apud Roman. olim in Theatris & Judiciorum lo-
cis conſpicua, ſubſellia, Bäncke alſo gemacht/daß eine höher iſt/ als
die andere/ und Gerichts-Bäncke. Fab. *in Theſ. verb. Subſellia.* Erant
enim ſubſellia, in quibus Magiſtratus inferiores veluti Tribuni,
Triumviri, Quæſtores aliaque minora exercentes judicia tantùm
conſidebant; teſte Aſcon. Pedian. *in divinat. Ciceron. Verrin. cum*
*not. Manut.* conf. Lexic. Calvin. *voc. Subſellia.* Fab. *eod.* cum Præ-
tor contra, item Coſſ. Ædiles Curules & prætextati non plebis,
aliique qui majoribus præerant judiciis, non in ſubſelliis, ſed in
Curuli ſella ſedebant. Liv. *7. in pr.* Aſcon. Pedian. *cit. loc.* *Sellæ*
quoque *Prætoriæ* fit mentio *in l. 1. ff. §. 5. verſ. caſum. de poſtul.* it.
ap. Varron. *2. de Vitæ P. Romani.* Nonium *lib. 6.* Quintil. *3.3.* *It. Con-*
*ſularis* ap. Sueton. *in Claud. c. 23.* Ciceron. *lib. 7. ep. ad Curium.* *Æ-*
*dilitiæ* ap. Liv. *lib. 9. c. 6.* Gell. *lib. 9.* Cæterum quid fuerit *Sella*
*Curulis*, exponit Gellius *l. 3. c. 18.* planius paulò Iſidor. *20. c. 11.* Quo-
modo fuerit conſtructa, ſive formam ejus exhibet Lipſ. de *Ma-*
*giſtr. Rom. c. 12.* Caſaubon. *in Sueton. Aug. c. 43.* Quare autem Sel-
læ hæ *Curules* fuerint, Interpretibus de natalibus hujus voca-
buli adhuc diſputantibus non ſatis convenire, fatetur Fab.
*Theſ. h. voc.* vid. tamen Calv. *Lexic. voc. Sella Curul.* ubi ideò
*Curules* appellatas eſſe innuit, quia Prætores & Coſſ. pro-
pter itineris longinquitatem curru in forum proveheban-
tur. *Sellæ* autem dicebantur, quia hæ poſt Magiſtratus ſu-
pra dictos vehebantur, quibus inſidentes jura dicebant, ex
Briſſon. Calv. *Lexic. cit. loc.* Prætores enim ſedentes jus di-
xiſſe, colligitur *ex l. 2. §. 43. ff ad SCt. Tertull.* Hinc pro Tri-
bunali ſedere dicuntur *l. 7. ff. de Reſt. in integ.* & dies *ſeſſionum*
vocantur illi, quibus Prætor jus dixit, *l. 2. §. 1. quis ord. in bon.*
*poſſ. ſerv.* appellantur etiam dies *poſſeſſionum*, *in l. 5. §. 19. Vt*
*in poſſ. legat. l. fideicomm. ſerv. cauſ. eſſe lic.* quamvis Duaren. *lib.*
*2. diſp. 16.* Cujac. *2. obſ. 18.* aliique *ſeſſionum* legere malint; at-
que hi ſeſſionum dies continuis erant adverſi, licet non ſemper

 die

die ſeſſionum quis habeat experiundi facultatem, notante Gothofr. *ad d.* §. *19. n. 50.* Ita quoque pedanei judices continue in regia Baſilica *ſedere*, matutino mox meridie & veſpere audientes cauſas, jubentur, in *Nov. 82. cap. 3.* Ex quo Rol. à Valle *Vol 1. conſ. 41. n. 14.* Sententiam non valere, niſi feratur à Judice ſedente, colligit: id quod expreſſe vult Bonifacius VIII. Papa, ſententiam, quam à Judice ſtando, non ferendo proferri contingit, nullius penitus eſſe momenti, edicens in *cap. fin. d. ſent. & re jud. in 6.* Atque ab hac judicum ſeſſione id ſine dubio proceſſit, quod hodienam locus, ubi judicia exercentur, per metaphoram vel metonymiam appelletur der Stuhl/ e. g. der Stuhl zu Rotweil: Sed judices nonnulli dicantur Stuhlherren/ ipſa quoque dicaſteria vocentur Schöppenſtühle. Dietherr. *in addit. ad Speidel. Specul. verb.* Stuhl. Judicibus hiſce adjungebantur *Aſſeſſores* ab *aſſidendo* ita dicti, de quibus *tot. tit. in ff. & C. de Aſſeſſor.* Vid. Sueton. *in Galba. c. 14.* Præter Judicem verò & Aſſeſſores, competit & aliis in ſingulari quodam dignitatis gradu conſtitutis perſonis facultas in Judiciis ſedendi, videl. *Nobilibus*, arg. *l. 3. in f. C. ubi Senat. l. clariſſ. l. 3. C. offic. diverſ. jud.* Bon. de Curtili *de Nobilitat. p 5. n. 34.* Schwed. *Jur. Publ. Sect. II. c. 18.* §. *8.* nec non *Doctoribus.* Id. *Sect. I. c. 6. n. 15.* Menoch. *l. 2. de A. J. Q. c. 70. n 9.* Cùm enim aliàs hiſce perſonis præ cæteris pari dignitate non fulgentibus ſingularis reverentia honorque deferri ſoleat, aliæque inde dependentes prærogativæ haud denegentur: æquiſſimum eſt, ut in Judiciis, ſive Actorum, ſive Reorum, perſonas ſuſtineant, hacce dignitatis nota ab aliis diſtinguantur.

## §. V.

Ne verò juſtò liberius vagari videamur, revertimur ad Scamni vocabulum, conſideraturi voces ab eo deſcendentes. Derivatur autem ab eo *Scamellum*, pro ſcamnellum, ut à columna columella dicitur pro columnella, veluti pluribus docet Voſſ. *h. voc.* Inter Doctores quoque de Origine vocabuli *Scabinorum* litigantes ſunt nonnulli, qui Scabinos à *Scamno* quaſi *Scamninos*, die Banckherrn

herrn deducunt. v. Beſold. *theſ. pract. voc.* Bänck. Winther. *in ſuo Aſſeſſor. Part. I. c. 3 n. 15.* idque autoritate Gloſſatoris Saxonici, *ad art. 10.* Weichbild. *verſ.* Ihr ſolt wiſſen ꝛc. ita ſcribentis: Er heiſt ſie Schöppen/ und ſind Scabini zu Latein genannt/ und Scabinus kömmt von einem Wort/ das heißt ſcamnum, und ſcamnum heißt eine Banck/ und bey dem iſt zu vernehmen/ daß Sie ſitzen ſollen auff der Banck des Gerichts/ und ſollen hören / was der Richter zwiſchen zweyer Manne Red fragt ꝛc. Keckermanno tamen *L 1. Syſtem. Polit. c. 17. p. 293.* ridicula hæc Scabini derivatio videtur, cum vox iſta Hebrææ ſit originis, à vocabulo ſcil. *Scaphat*, i. e. *judicavit*, in quo is multos habet conſentientes , quos refert Speidel. *in Specul. voc.* Schöppen/ it. Limn. *in J. P. L. IV. c. 8. n. 263.* Alii aliunde Scabinos dictos volunt, conf. Speidel. *loc. cit.* Limn. *d. loc. n. 265.* qui varias recenſet opiniones. Cæterùm Scabinorum in Jure quoque Canonico fit mentio *cap. fin. de alien. jud. mut. cauſ.* qui autem & quales illi Francorum tempore fuerint, exponit Strauch. *amœn. jur. Can. Eclog. 10. c. 10.*

## §. VI.

Videndum jam paucis, quomodo alia idiomata quoad hoc vocabulum cum noſtra latina lingua conveniant. Græcis dicitur *σκάμνον*, quod invenitur ap. Iſocr. tradente Voſſ. *in etymolog. lat. lingv. ad voc. Scamnum.* It. audit Βάθρον v. Fab. in *Theſ. ad id vocabulum.* German. eine Banck. Gallis appellatur *le banc*, conf. *Dictionair.* du M. Richelet. *h. voc.* it. Du Voyageur *ad h. voc.* quod vocabulum planè reſpondet noſtro germ. Banck/ quemadmodum gallorum idioma non ex lingva tantum latina, ſed ex Teutonica quoque translata, vel ex utraque ſimul mixta continet vocabula, quibusdam ſaltim nonnunquam literis ſive rejectis, ſive adjectis, ſive transmutatis atque eorundem pronunciationem propiùs accommodatis. Quod etiam circa Italorum idioma notandum, ubi *la banca*, it. *Il banco, lo ſcanno*, idem quod noſtratibus ſcamnum denotat, vid. *Dictionar.* del Signor Veneroni. it. Kramer. *Lexic. Ital. Germ. lit. B. & S.*

§. VII.

Scamna autem, prout *in fin. apb. 2.* delineata ſunt & ſedem denotant, quoad negotia, quæ in illis ſuſcipiuntur, diſtingvi poſſunt in

*Sacra*, veluti *Scamna* ſive *Subſellia* in Templis ædibusque ſacris conſtructa, die Kirchen-Bäncke / vid. Speidel. *Specul. Jurid. Polit. voc.* Kirchenſtühle / quandoquidem Deo una cum Templis conſecrantur ad uſum ſacrorum. conf. Speidel, *alleg. loc.* & in

*Profana* aut *Secularia*, atq; hæc ſic diſcerni poſſunt, quoad ſint vel

*Privata*, quæ concernunt tum uſum

Simplicem ſive domeſticum, & ſub qualibet ſupellectili comprehenſa intelliguntur, *arg. l. 3. ff. de ſup. leg.* tum quoque uſum

Compoſitum (ut ita loquar) videlicet opificialem ſive artificialem, artificio cuidam propriè accommodata, quo ſenſu ſub inſtrumento potius opifici, artificique convenienti, quam ſupellectili nuda contineri docet JCt. Paulus *Lib. III. Sent. t. 6. §. 05.* Et hæc ſcamna in ultimo iſto ſignificatu, pro diverſitate Opificum atq; Artificum varios ſortiuntur formas & denominationes, retentô tamen ſemper vocabulo germanico Banck / v. g. Fleiſchbanck / ſive Scamnum, quod Laniones poſſident, de quo Fritſch. *in Addit. ad Speidel. ſpec. lit. B.* Item Brodbanck / quo piſtores panem venũ exponunt: Bierbanck / quo cereviſia venditur & bibitur. Ex quibus aliæ quoque appellationes deſcendunt, veluti; Banckzinß / ſive penſio Magiſtratui à lanionibus præſtanda: Banckverwandte / i. e. membra tribus aut collegii: Bäncken-Mägde / quæ panes vendunt, de quarum moribus quædam memorat Pontifex in *Cap. 11. de Præſumt.*

*Publica*, quatenus in illis negotia publica ſuſcipiuntur; poſſunt autem hæc pro diverſitate negotiorum iterum diſtingui in

*Judi-*

*Judicialia*, & ita quidem, ut ſint vel

*Univerſalia*, in quibus nimirum negotia omnium Statuum, cauſæque totum Imperium concernentes, tractantur, examinantur, & deciduntur, v. Limn. *J. Publ. L. 9. c. 4. n. 1.* qualia in Judicio Aulico ſunt conſpicua, quæ pro diverſo Subjectorum ſive Conſiliariorum & Aſſeſſorum ordine dividi ſolent in

Die Grafen⸗ und Herren⸗Banck / quod occupant Principes, Comites, atque Barones, und

Die Ritter / (quo nomine Equites & Nobiles veniunt,) und gelehrte Banck. De quibus ita diſpoſitum legimus R. H. O. *de an. 1624. tit. 4.* §. Und dieweil auch in dieſem unſern Rathsmittel Herkommen / daß zwiſchen den Fürſten / Grafen / Herren und Ritterſtands⸗Perſonen / und andern / ſo als gelehrte Diener / ein Unterſcheid gehalten / und dieſelbige auff zwo Bäncke abgetheilet werden / dabey Wir es denn verbleiben laſſen / ꝛc. v. Anal. Illuſtr. Dn. Baron de Lyncker ad Schwed. *Jus Publ. Sect. I. cap. 12. n. 3.*

*Particularia*, ubi cauſæ litigioſæ perſonarum in Provincia aliqua degentium, quas vel ipſi inter ſe, vel cum aliis exercent, expediuntur, v. Schwed. *Introd. ad Jus Publ. S. II. c. 13. n. 10.* qualia ſpectantur in Curiis Provincialibus vel Dicaſteriis certis, ubi itidem Banccæ ſv. Scamna pro diverſitate perſonarum illis inſidentium variant. Beſold. *Theſ. Pract. voc.* Bäncke.

*Extrajudicialia* nimirum Comitialia, in Comitiis ſcil. univerſalibus notiſſima. Dico *Extrajudicialia*, ne quis ſibi forſitan Comitia Imperii tanquam Judicium aliquod univerſale mente concipiat, id quod fecit Burgoldenſis

in

in margine *P, II. diſc. XX. §. 2. ad Inſtr. Pac. Weſtph.* hæc verba notans: *Judicium ſummum ſive Univerſale olim in Conciliis, hodiè in Comitiis de cauſis majoribus.* Exiſtimat nimirum, Concilia olim Caroli M. ævo habita, eadem fuiſſe, ac noſtra hodierna Comitia, uti ex ipſo textu cit. loc. colligere licet. Verùm ſciendum eſt, quod licet Comitia, inter varia, quibus aliàs inſigniuntur, nomina, etiam ſynonymicè cum Conciliis veniant, uti omnes Publ. Juris Ddres docent, te tamen ipſa, ſive quoad negotia in illis olim agitata, cum noſtris hodiernis penitus convenire, haud dixerim. Negotia enim ſive cauſæ in Conciliis olim tractari ſolitæ, erant tàm cauſæ JUSTITIÆ, h. e. litigioſæ, & inter partes litigantes coram Judicio ſuſcipiendæ & cognoſcendæ; quàm cauſæ STATUS ſive publicam Imperii ſalutem, ſecuritatem & tranquillitatem concernentes, conf. Coccej. *in Prud. Jur. Publ. c. 30. §. 5. Exegeſ. ibid.* Hinc quoad cauſas Juſtitiæ rectiſſimè concilia iſta appellavit Judicia, cum quo etiam convenit Conring. qui *in tr. de Judic. Reipubl. Germ. aph. 21.* inquit: *Caroli M. demum ævo, cum tandem in unum corpus Germania coaleſceret, Judicia fuerunt partim penes Concilium omnium Ordinum &c. Fuerunt ſumma ac univerſalia, de maximis enim negotiis ipſorum Regum, ut & Principum &c. non tantum de rebus Civilibus, quam Criminalibus &c. ſoli Concilio fas fuit judicare.* v. Conring *d. tr. §. 21. 22.* Aſt quoniam hæc tantùm usque ad tempora Maximil. I. ferè manſerunt, teſte Conring. *d. tr. aph. 48.* poſtea autem, cum ab eodem anno 1495. communi ipſius ac Statuum nomine, Camera Imperialis conſtitueretur, Coccej. *Prud. J. P. c. 32. §. exegeſ. ibid.* Cauſæ Juſtitiæ, quæ olim penes concilium fuerunt, ad Cameram tranſierunt, ita ut jam omnis judicandi facultas in illā translata videatur, O. C. 1459. *pr.* & §. Wir wollen. conf. Coccej. *alleg. loc.* hinc Concilia illa, quatenus denotarunt Judicia, deſierunt, cauſis Status, quatenus cauſis Juſtitiæ opponuntur, rebusq; magni momenti aliàs deliberationi Comitiali ſubjici ſolitis, penes Imperatorem Ordinesque permanentibus. Deinde, ſi

in

in Comitiis *ſummum* exiſteret *Judicium*, aut tertiam illa cum reliquis duobus in Imperio ſupremis Judiciis conſtituerent: aut ſolum eſſent ſummum Judicium, & ſic reliqua eſſent ſubordinata. Prius non eſt, cum tertium non detur, & communis Publiciſtarum ſententia duo tantùm ſuprema perhibeat; Poſterius (quæ tamen eſt opinio Burgoldenſis) planè non procedit; (1) Ubique enim & paſſim docetur, *duo* (non unum tantùm,) eſſe Judicia in Imperio ſuprema. conf. Schwed. *Introd. ad J.P. Part. Spec. Sect. 1. cap. 11. §. 4.* Conring. *tr. de Comit. Imper. n. 34.* Coccej. *Prud. Jur. Publ. c. 32. §. 2. &c.* (2) Si Comitia conſtituerent ſummum tantùm Judicium, à duobus iſtis neceſſariò ad illud appellatio dirigi deberet, quod tamen itidem (α) vocabulum *ſummum* prohibet. (β) Et expreſsè de noſtris duobus Judiciis dicitur, quod à neutro appellari poſſet, aut ab illorun ſententia ulterior concedatur provocatio. Schwed. *Introd. ad Jus Publ. cit. loc. It. c. XXIII. n. 15. pr.* vid. plur. Limn. *J.P. L.9. c. 2. n.4.* Quid? quod ad Comitia cura, rectificatio, it. Reformatio Judiciorum pertinent, quo illa in vigore & integritate conſerventur. Conring. *tr. de Comit. n. 19.* Ipſa igitur Comitia Judicia non ſunt, imò nec unquam alibi vocabulum Judicii Comitiis accommodatum legitur, ut hinc luculenter pateat, Comitia noſtra non conſtituere Judicium, & per neceſſariam conſequentiam Scamna noſtra maneant extrajudicialia. Hæc vero iterum pro qualitate Statuum commodè poſſunt dividi in

- Scamna *Primi Ordinis*; Hæc conſtituunt Scamna ſive Subſellia
  - Electorum, Schvved. *Introd. ad Jus Publ. S. I. c. 30. n. 9.* & Scamna
  - Senatus Principum, quæ hodiè in triplici conſpiciuntur differentia, eorumque duo ſunt:
    - *Recta*, & horum iterum pro qualtitate Procerum, unum eſt



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0013-8

*Eccleſiaſticum*, die geiſtliche Banck / in quo conſident præter Archi-Duc. Auſtriæ & Ducem Burgund. Archi-Epiſcopi non Electores, Magiſter ordinis Teutonici, Epiſcopi &c. v. Schvved. *loc. cit. n. 13.*

*Seculare.* Ad hoc pertinent omnes Imperii Principes &c. v. Schvved. *loc. cit.*

*Transverſum* unum, quod adjectum eſt Archi- & Epiſcopis Aug. Conf. addictis, per *Inſtr. Pac. Weſtph. art. 5. §. 6.*

Scamna *Secundi Ordinis*; Horum quædam Principum Scamnis

- Sunt *annexa*; Sic Principibus Eccleſiaſticis accenſentur
  - *Prælatorum* Principali dignitate non gaudentium Scamna, quæ iterum in duo diviſa ſunt; ſcil.
    - *Suevicum* &
    - *Rhenanum*, v. Schvved. *alleg. loc.*
  - Comitum, Baronumque & hîc diſtinguendum eſt,
    - An ſint Status, & horum tantùm Scamna ad Principum ſecularium ſcamna pertinent, ſuntque quatuor, quorum
      - Duo *alternant*, nimirum
        - Suevicum &
        - Wetteravicum
      - Duo *non alternant*, nempe
        - Franconicum &
        - Weſtphalicum. Schwed. *alleg. loc.*
    - An non ſint Status, & his Comitibus, ſi adſit, ſeparata competunt Scamna, dicta die Adjuncten/oder Nebenbäncke. v. Vitriar. *J. Publ. l. 4. t. 1. §. 46.* Auth. der Grundveſte, in *annex. act. Proceſſ. & Propoſ. n. 23.*
- *Non* ſunt *annexa*; ſed peculiare conſtituunt Collegium, quo referenda Scamna *Civitatum* Imperialium, quarum Senatus in duo dividitur Scamna, ſcil.

*Rhe-*

{ *Rhenanum*, in quo conſident Legati Civitat. Imper. tractus Rhenani, Wetterav. Alſatiæ, Saxon. Thuring, &
*Suevicum*, in hoc Sueviæ, & Francon. Civitatum deputati ſedent, v. Schwed. *alleg. loc. §. 14.*

Hæc de diviſione Scamnorum. Ex tanta autem illorum varietate unicum jam *Scamnum* ſcil. *transverſum* , oder die Queerbanck conſiderandum mihi ſelegi; hinc ſit,

# SECTIO II.

## *De Origine Scamni transverſi, & quæ circa eam conſideranda.*

§. I.

Cum finitô triſtiſſimô atque cruentiſſimo ob Religionem bonaque Eccleſiaſtica geſtô tricennali bello ſuperioris ſeculi partes tandem diſſidentes, & huc usque belligerantes animos ſuos ad pacem concordiamque univerſalem applicaturæ viderentur, Plenipotentiario etiam primario Sacræ Cæſ. Majeſtatis Legatis item & Deputatis Eminentiſſimi Electoris Moguntini cæterorumq; ordinum Monaſterio; Plenipotentiario autem Coronæ Suecicæ nec non Legatis Principum, Statuumque Imperii Proteſtantium Oſnabrugæ ad gravisſimum Pacis generalis negotium ſuſcipiendum convenientibus; ſtatim lis. (lite de loco conventus inſtituendi commodo, modoque Tractatuum ſuſcipiendorum vix ſopitâ) de Adminiſtratoris Magdeburgenſis Eccleſiæ, aliorumq; Principum Imperii, ad Senatum Principum Conſultationesq; publicas admisſione, exoriebatur. Pfanner. *in hiſtor. Pac. Weſtph Lib. II. §. 23.* Adam Adami *Relat. Hiſtor. de Sacr. Rom. Imp. Pac. Weſtph. c. VI. pag. 72.* Cum enim in Pace religioſa *de anno 1555.* §. Und nachdem ꝛc. hæc clauſula contineretur, quod ſi catholicus Archi-Epiſcopus aut Epiſcopus ad Proteſtantium religionem tranſiret, is beneficia eccleſiaſtica hactenus poſſeſſa, illico perde-

 ret,

ret, ſalva tamen exiſtimatione, quæ conſtitutio vulgò der geiſtliche Vorbehalt/ ſive *reſervatum eccleſiaſticum* nuncupatur, atque hæc conſtitutio, licet in vim legis nunquam transiret, prout accuratè oſtendit Lampadius *Tr. de Rep. Rom. germ. part. 3. c. 11. n. 15. ſeqq.* hoc tamen effecerit, ut Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcopi per XL. annos à Comitiis Imperii excluſi fuerint, veluti apparet ex Transact. Pragenſ. *d. anno 1635.* §. Anlangend die *Seſſiones & Vota.* vid. Hiſtor. hujus rei apud Burgold. *ad Inſtrum. pac. part. 2. diſc. 10.* factum eſt, ut Magdeburgenſis etiam Archi-Epiſcopus, à Comitiis ſuffragiisque in illis ferendis excluderetur, atque illi tantum eccleſiarum Præſules admitterentur, qui, poſtquam de electione aut poſtulatione Capitulorum, nec non confirmatione Papali legitimè docuerint, regalibus à Cæſare inveſtiti Principibus accenſebantur. Verùm ſpeciatim quoque Auguſti Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis poſtulatum ſedendi in Comitiis vel ideò alienum videbatur, quòd is haud alio fere titulo, quam ex diſpoſitione acceptatæ Transactionis Pragenſis Archi-Epiſcopatum obtineat, cujus pacti tamen expreſſis verbis à ſeſſione & voto in Comitiis generalibus arcebatur. Conf. Adam Adami *dict. Tr. c. VII. p. 92.* Hinc etiam Curia Principum Monaſterii coacta, Cæſareanis, Quinam deliberationi huic adhibendi eſſent? quærentibus: Eos, reſpondit, qui in Comitiis Ordinum munia HACTENUS obiiſſent. Pfanner. *loc. cit.* §. 24. Technas horum verborum Oſnabrugenſis probè intelligentes, exaratis ad Monaſterienſes literis ſcribebant, ſe neſcire, cur Magdeburgum negotio hoc arceri poſſit aut debeat, cujus plurimum interſit, Bellum an Pacem quibusque conditionibus omnes ſit habituri: neque hos tractatus ad Comitiorum leges omninò exigi oportere; ſed ex Juris Gentium regulis æſtimari, quo omnibus ſuffragii ſententiæque dicendæ jus iis in rebus tribuatur, quæ ad ſingulorum pertineant utilitatem. Et huic Gentium Juri Magdeburgenſem quam maximè inſiſtere. Pfanner. *d. loc.* §. 24. Ad has Proteſtantium rationes per literas regeſſerunt Monaſterienſes; Alienum ab inſtituta diſceptatione prætextum eſſe, quæ Magdeburgum conſultationibus admoveri velit, quod ſcilicet

cet illius etiam commodo damnove Pax Bellumve conſtitueretur; neque conventum hunc aliis, quàm Comitiorum legibus, neque diverſâ formâ æſtimari debere. Pfanner. §. *31.* Imperii quoque Conſtitutionibus eorum opinionem refragari, qui ex Gentium Jure litem hanc dijudicandam contendunt, quibus jam ſatis definitum ſit, ad quos jura Belli & Pacis pertineant. At obſtare etiam diutinum Imperii uſum, quo Lutherani Epiſcopatuum detentores ad Comitia neque vocari, neque admitti conſueverint, cui, ſi præjudicari patiantur, crimen fore, nunquam poſteritati excuſandum.

§. II.

Pervicacia Monaſterienſium ex hiſce literis ſatis cognitâ, Oſnabrugenſes Legatos cum reſponſo ad Monaſterienſes hiſce verbis miſerunt: Paxne an Bellum illorum, quos odio perſequerentur, placeret? Hoc reſponſô acceptô: novas illi conditiones ratione Magdeburgici proponebant, quibus vero ab Oſnabrugenſibus repudiatis, alia tractatio Oſnabrugæ per Legatos Monaſterienſes inſtituta, ubi Magdeburgico conceſſere, ut eidem tanquam *Poſſeſſori Archi-Epiſcopatus* Senatui intereſſe liceat, Proteſtantes tamen publica ſcriptoque ſignanda fide promittant, alios Lutheranos Epiſcopatuum Poſſeſſores conventu hoc vel futuris temporibus id exempli jurisve non uſurpaturos, quod Pacis tantum ſtudio non juris neceſſitate huic ſoli, hac ſola vice, conceſſum ſit. Cum verò Magdeburgicus hoc ſibi nimium nociturum fore reponeret, ſi flagitatæ à Catholicis cautioni Titulum *pro Poſſeſſore*, quem Prædonum ferè loco Romanæ leges cenſeant, atq; cautione ſcripta ſecuritatem Catholicorum, de removendis cæteris Aug. Conf. Epiſcopis muniret, adeoq; oblatam conditionem recuſaret, nihil in hoc negotio promotum, ſed re infecta diſceſſum. Pfanner. *loc. cit.* §. *41.* Tandem certamen iſtud & diſputatio PRO LOCO, poſt quatuor fere menſium altercationes, reciprocas deputationes, colloquia, ſcripta, propoſitiones & oppoſitiones, interpoſitasque minas *die 11. Dec. 1645.* fuit ſopita: Placuit enim cautionis à Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo Catholicis exhibita formula, qua

nomine *POSTULATI ARCHI-EPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS ADMINISTRATORIS* in Senatum admiſſus teſtaretur, nullum inde communi cauſæ præjudicium extiturum, locumque ſe ab Eccleſiaſticorum ſeculariumque Principum ſede diverſum occupaturum, & poſt Burgundum ſententiam dicturum. add. Pfanner. *in Hiſt. ad Pac. Weſtph. L. II.* §. 42. Adam Adami *in Relat. Hiſt. ad Pac. Weſtph. c. VII. pag. 95.* Erant tum temporis Reverendiſſimi & Sereniſſimi Adminiſtratoris *AUGUSTI* Legati *Dn. Conradus ab Einſiedel*, Conſiliarius Aulæ, Præfectus & Capitaneus in Giebegenſtein, & Dn. *Johannes Krull*, J. U. D. eccleſiæ cathedralis Syndicus, poſtea Cancellarius Magdeburgenſis *DN. PRÆSIDIS* hujus Diſputationis *SOCER perquam venerandus*, qui ſedem hanc novam nomine Principis ſui occuparunt, uti conſtat aus dem Verzeichnüß deren zu Münſter und Oßnabrück bey den allgemeinen Friedens-Tractaten anweſenden Geſandten.

§. III.

Hactenus ſoli Archi-Epiſcopo ſive poſtulato Adminiſtratori Magdeburgenſi ex ſpeciali conceſſione Senatui Principum intereſſe, eique ſoli locô ſeparatô ſedere licuit, reliqui Auguſtanæ Confeſſioni addicti Epiſcopi adhuc, ob Reſervatum Eccleſiaſticum removebantur à Comitiis, uti hoc apparet ex Transact. Prag. *d. An.* 1634. §. Anlangend die *Seſſiones* und *Vota &c.* in qua diſpoſitum: Daß die *Seſſiones* und *Vota*, bey den Reichs- und *Deputation*- auch Kammer-Gerichtlichen *Viſitation*- und *Reviſion*-Tägen / deren ſich ſonſt die Augſpurgiſchen *Confeſſions*-verwandte Stände / wegen der in ihrer Innhabung begriffenen / oder Krafft dieſes Frieden-Schluſſes wieder dahin gelangenden *Immediat* Stiffter hätten gebrauchen wollen / die viertzig Jahr bey Seite geſtellet / und dieſelbe *Conventus* und Verrichtungen nichts deſto weniger von der Käyſerl. Majeſtät und andern dazu gehörigen Reichs-Ständen reſpectivè ausgeſchrieben und verrichtet werden ſollen. Propoſitus igitur fuit tempore tractatuum pacis arduus articulus: An Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſionis abſque

inve-

inveſtitura Regalium, quam ab Imperatore obtinere nequiverant, ſeſſionem & votum in Imperii comitiis habeant, atque adeò ſint vocandi? Qua de re Proteſtantes *An. 1646. menſ. April.* tale gravamen moverunt: Die Päbſtliche *Cenſur* wäre faſt in allen hohen und niedern Stifften und *Collegial*-Kirchen/ durch die *Juramenta* und *Statuta* geſchäffet und unterbauet/ daß den Evangeliſchen *Primat*- und Ertz-Biſchöffen keine *Regalia* (es haben dann dieſelben vorher das *Pallium* und Belehnung vom Pabſt empfangen/) geliehen/ ſondern ſie *pro inhabilibus* geachtet/ und ihnen weder *Votum* noch *Seſſion* auff Reichs-Verſammlungen verſtattet werden wollen. Vid. Burgold. *ad Inſt. Pac. Part. 2. diſc. 12. §. 1.* Ad quod autem ſic reſponderunt Pontificii: Die Verleihung der Regalien auch Verſtattung der *Seſſion* und *Voti* auff Reichs-Verſammlungen betreffend/ weiln dieſe *Jura* zur Haupt-Ertz- und Biſchofflichen *Dignität acceſſoria* ſind/ alſo bleibet es derentwegen bey *diſpoſition* des *Religion*-Friedens/ und beym Herkommen im Reich/ Krafft deſſen die Röm. Käyſer vor und nach entſtandener *diviſion* im Reich/ keinen erwehlten geiſtlichen Stand mit den Weltlichkeiten *inveſtirt*/ er habe dann zuvor *de confirmatione legitimæ ſuæ electionis docirt*/ darbey es dann auch noch ſein Bewenden. Vid. Antwort der Catholiſchen Religion Zugethaner *ad gravamen 1. Proteſt.*

## §. IV.

Denique Pontificii, utut non in omnibus poſtulato Evangelicorum aſſentirentur, multum tamen ex auſteritate priſtina remittentes permiſerunt, ut Archi-Epiſcopi & Epiſcopi, nec non Abbates Evangelici legitimè electi poſtulative, atque inveſtitura hodiè tantum ab Imperatore vigore conſtitutionis religioſæ, qua Jurisdictio in Proteſtantes ſuſpenſa eſt, confirmati, in ſuis diœceſibus jure fruantur pleniſſimo, & ſententiæ atque ſuffragii in Senatu Imperii & Comitiis dicendæ facultate gaudeant, Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum electorum poſtulatorumve (Erwehlt, oder Poſtulirter zum Ertz-Biſchoff/ Biſchoff &c.) nomine compellandi,

landi, ſedem autem à cæteris diſtinctam occupent. Pfanner. *Hiſt. Pac. Weſtph. L. III. §. 67.* Burgoldenſis *ad Inſtr. Pac. Weſtph. P. II. diſc. XI. art. 5. § 5. ſi quod verb. it. P. II. d. 12. n. 1. in fin.* Conring. *in tr. de Comit. Imp. Germ. &. 14.* Ita nimirum ſonant verba *Inſtr. Pac. Cæſar. Suec. art. VI. §. 21. Electi aut poſtulati in Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, aut Prælatos Aug. Conf. addicti, à ſacra Cæſarea Majeſtate, poſtquam intra annum Electionis aut poſtulationis ſuæ fidem fecerint, juramenta Regalibus conſueta feudis præſtiterint, absque ulla exceptione inveſtiantur, ultraque taxæ ordinariæ ſummam, inſuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant, iidem aut ſede vacante Capitula, & quibus adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales æquè ac particulares deputationum, viſitationum, reviſionum, aliosque conventus literis ſolitis evocentur & ſuffragii jure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis disſidia eorum jurium particeps fuit:* Quæ verba idiomate germanico ita ſe habent: Denen zu Ertz-Biſchoff- oder Prælaten erwehlten oder poſtulirten Augſpurgiſcher Confeſſion, ſollen von Käyſerl. Majeſtät / nachdem ſie innerhalb Jahres ihrer Election und Poſtulation erweißliche Anzeig gethan / und die gewöhnliche Lehens-Eyde geleiſtet / die Inveſtitur ohne einige Widerrede ertheilet / ſie aber über den gewöhnlichen Tax noch die Helffte deſſelben für die Belehnung erlegen: Jngleichen dieſelbe oder ſede vacante die Capitula, und welchen mit dieſen geſamter Hand die Adminiſtration gebühret / zu allen / ſo wohl allgemeinen / als Particular-Deputations-Viſitations-Reviſions- und andere Reichs-Verſammlungen / durch gewöhnliche Ausſchreiben beruffen werden / und ihre Stimme haben / allermaßen wie vor entſtandenem Religions-Streit jeder Stand iſt berechtiget geweſen.

§. V.

Evicto hac ratione Principibus eccleſiaſticis evangelicis antiquo

tiquo ſuffragandi jure, illud adhuc ſupererat, quonam titulo hi appellari debeant, nec non in quo loco illis ſesſionem capere liceret. Catholici namque, ſecundum Eccleſiæ ſuæ inſtituta eum pro Epiſcopo æſtimare detrectabant, qui à Pontifice Romano confirmationem ſuæ electionis aut poſtulationis non impetraverat; Eccleſiaſtici verò Principes Aug. Conf. ex ſuæ religionis principiis hujus Præſulis auctoritatem adeò rejiciebant & aſpernabantur, ut ſupplicare illi de quacunque re indignum ſibi & religioni ducerent. Etiamſi enim Proteſtantes Principes Pontificis ſuperioritatem non agnoſcerent, nolebant tamen ob id deterioris eſſe conditionis; Catholici è contrario religione & conſcientia ſe excuſabant: mox tamen utrinque conventum, ut ELECTI VEL POSTULATI IN EPISCOPOS vocarentur. Hac enim ratione Catholici exiſtimabant juribus Pontificis qualitercunque eſſe proſpectum; Evangelici verò, cum omnia obtinuiſſent, quibus Principes catholici eccleſiaſtici in ſuis epiſcopatibus fruuntur, ſuper re inani, quam illi ad conſcientiam referebant, noluerunt contendere, præſertim cum ipſi etiam catholici eccleſiaſtici poſt electionem vocentur Electi in Epiſcopum, donec confirmatio pontificia acceſſerit: Unicam diverſitatis notam amore pacis lubenter ſubeuntes, ut nim. ſeperato ſcamno à catholicis diſcernerentur, abſque tamen præjudicio ſtatus & dignitatis. vid. Auth. *medit. ad Inſtr. Pac. ſpecim. 2. p. 256.* Qua de re ita verba Pacificationis *d. art. 5. §. 22.* ſonant: *De titulis Principum eccleſiaſticorum ex Aug. Confeſſ. ita convenit, ut, abſque tamen præjudicio ſtatus & dignitatis, titulis Electorum aut Poſtulatorum in Archi-Epiſcopum, Epiſcopum, Abbatem, Præpoſitum inſigniantur, ſeſſionem autem in SCAMNO inter eccleſiaſticos & ſeculares intermedio & TRANSVERSO capiant*, vel prout in textu germanico habetur: Wegen der Titul der geiſtlichen Fürſten aus denen Augſpurgiſchen Confesſions-Verwandten / iſt verabſchiedet / daß ſelbige / wiewohln ohne Præjudiß des Standes und Würden / ſollen tituliret werden / Erwehlte oder Poſtulirte zu Ertz-Biſchoff-

ſchoff, Abbt, und Pröbſten. Ihre Seſſion aber ſollen Sie auf einer über zwerch geſetzten Banck/ zwiſchen denen Geiſt- und weltlichen Ständen nehmen. Conf. Burgold. *ad Inſtr. Pac. P. 1. diſc. 21. n. 5.* Conring *d. Conſtit. Epiſc. §. 86.*

§. VI.

Quod igitur in dicta pacificatione conventum, id in proximè ſequentibus Comitiis *de An. 1654.* religioſè à Ferdinando III. Imp. obſervatum fuiſſe, experientia notum eſt, & teſtatur Conring. *tr. de Comitiis Imp. §. 14. in fin.* nec non Eitel Friderich von Herden/ in *Colum. Imp. P. I. c. 1. §. 3. circa med.* his verbis: Sondern auch von *Ferdinando III.* bey Ausſchreibung des letzten Reichs-Tags die Gebühr hierunter beobachtet worden/ immaßen dann darauf ein und ander von denſelben durch Geſandſchafften erſchienen / und die Ihnen vom neuem *aſſignirte* Stelle im Reichs-Fürſten-Rath genommen.

# SECTIO III.

## *De Definitione, Cauſa Efficiente, & Impulſiva Scamni transverſi.*

§. I.

Cum jam Origo atque obſervantia Scamni noſtri in aprico ſint, eò liberiori curſu pergimus ad ejusdem definitionem; Eſt autem Scamnum noſtrum transverſum, ſedes in Senatus Principum conclavi, eorundemque eccleſiaſticorum & ſecularium circo transverſim poſita, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis &c. Aug. Conf. addictis per transactionem pacis Oſnabrugenſis conceſſa.

§. II.

Cauſam efficientem Scamni noſtri ſi quæramus, conſtituunt illam & quidem *Remotam*, Status Pontificii & Aug. Conf. addicti,

ad ſuſcipiendum pacis negotium Monaſterii & Oſnabrugæ, Anno ſuperioris Seculi quadrageſimo octavo, congregati. *Proximam* refert ipſa *transactio* partium controvertentium: Sic enim Author. *Colum. S. R. Imp. P. II. c. 5.* Hat man endlich ſich eines Mittel-Sitzes vor ſolche Evangeliſche Stiffts-Innhabere zwiſchen dem *Directorial*-Tiſch und der Geiſtlichen Banck verglichen.

§. II.

Inducebat autem ad Scamnum noſtrum conſtituendum Partes litigantes, *externè* dubius contentionum & diſſidiorum peſſimum minantium eventus: *Internè* movebantur iidem ſtudio ac amore Pacis, atque deſiderio reparandæ concordiæ, teſte Pfanner. *in Hiſtor. Pac. Weſtph. L. II. §. 40. & ſeqq.*

# SECTIO IV.

## *De Perſonis, quarum in favorem hoc Scamnum conſtitutum.*

§. I.

Est autem ſcamnum hoc transverſum *in Pac. Cæſar. Suec. Weſtph.* Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, aliisque eccleſiarum Prælatis Aug. Conf. addictis & quidem legitimè electis aut poſtulatis conceſſum, ut ibi in Comitiis aliisque Imperii conventibus ſedeant. Quoniam verò plurimi Imperii Archi- & Epiſcopatus per pacem iſtam Weſtphalicam Statum clericalem exuerunt, & Principibus ſecularibus ſub ſeculari titulo ceſſerunt, ſedem hi capiunt in ſcamno Principum ſecularium, nec unquam ſcamnum transverſum occuparunt. Sic enim Coronæ Suecicæ in compenſationem ſumptuum, quos in bellum tricennale impenderat, Archi-Epiſcopatus *Bremenſis* una cum Epiſcopatu *Verdenſi*, ſub titulo Ducatuum, jure feudi obtigit, vi *Inſtrum. Pac. art. X. §. 7.* vid. Schvved. *P. Spec. Sect. I. c. 30. §. 15.*

 Sere-

Sereniſſimo quoque & Potentiſſimo Electori Brandenburgico Epiſcopatus *Halberſtadienſis*, item Epiſcopatus *Mindenſis*, cum *Caminenſi* ſeculariſati in remunerationem, ob ceſſam Suecis Pomeraniæ partem, Feudi jure & ſub titulo Principatuum, per *Inſtr. Pac. art. XI. §. 4. & 6. eod. an.* ſunt collati. Ab eodem Electore Brandenburgico etiam Epiſcopatus *Brandenburgenſis*, *Havelburgenſis*, & *Libuſienſis* ſunt extracti, voto tamen is nullo ob eos gaudet. v. Auth. der Beſchreibung des Heil. Röm. Reichs *P. 2. c. 6. p. 136.*

Porro Duci Megapolitano Epiſcopatus *Ratzenburgenſis* & *Suerinenſis*, ſub nomine Principatuum, & ut bona ſecularia, in remunerationem urbis Wiſmariæ Suecis conceſſæ, ſunt traditi. Salvo tamen jure Ducum Saxo-Lauenburgicorum ratione Diœceſeos. v. *Inſtr. Pac. art. XII. §. 1.* Epiſcopatus *Naumburgenſis*, quem jam Sereniſſimus Mauritius Wilhelmus, Dux Saxon. ut & *Merſeburgenſis*, quem Chriſtianus Dux Saxoniæ tanquam poſtulati poſſident Adminiſtratores, nec non *Miſnenſis* ad territorium Electoris Saxoniæ pertinentes, jam diu à dicto Electore extracti, prætenderunt quidem vota & Seſſiones in Comitiis, ſed hactenus nihil obtinuere. conf. Louis du May *dans l' Etat de l' Empire Part. 2. dial. 9.* qui hæc addit; *Peut être, parce que ces terres n' ont pas été ſeculariſées du conſentement de tout l' Empire, comme les autres*; conf. Gaſtel. *Tr. de Stat. Publ. Europ. cap. 17. p. 19.*

Abbatiam *Salfeld.* exemit Dux Altenburgenſis & poſſidetur à Duce Joh. Erneſto.

Abbatia *Hirſchfeldenſis* conceſſa Landgraffio Haſſiæ Caſſelano ſub Principatus titulo & voto, quod poſt Corvey profert.

Prælatura *Walckenridenſis* aſſignata Feudi perpetui jure Duci Brunſuicenſis & Luneburgenſis Cellenſis ditionis *per Inſtr. Pac. art. XIII. § 19.*

Abbatiam *Geringerodenſem* exemerunt Principes Anhaltini. De hiſce omnibus conf. Sprenger. *in Lucern. modern. Stat. Part. II. c. 44.* Item Louis du May *dans ſon Etat de l' Empire P. 1. dial. 9.* Vitriar. illuſtr. *in Inſtit. Jur. Publ. L. I. t. 15. n. 13.* Schwed. *Introd.*

*ad*

*ad Jus Publ. S. I. c. 30. n. 15.* Hi igitur omnes in Juriſdictionem ſecularem ceſſi, ſeculare quoque in Principum Senatu Scamnum, non *transverſum*, tenent, quod nec unquam occuparunt, uti omnes accuratiores Juris Publ. Doctores tradunt.

§. II.

Ex his dictis jam luculentiſſimè apparet, egregium errorem ab Hermanno Hermete ( quem præter multos alios Franc. Irenic. *in Colleg. Jur. Publ. in Burgold. diſc. ad Inſtr. Pac. P. II. in Schemate pag. 35. ſubjunct. in fin.* in alio quoque Comitiologiſta Ratisbonenſis notat, ) commiſſum eſſe, dum in transverſo Epiſcoporum Aug. Confeſſ. Scamno ponit: *Halberſtadt, Verden, Minden, Naumburg, Merſeburg, Meiſſen, Ratzenburg, Lebus, Brandenburg, Suerin, Hirſchfeld, Salfeld.* Cum tamen hi omnes, uti §. 1. oſtenſum, nunquam Scamnum hoc transverſum actu conſcenderint. Add. Pfanner. *Hist. Comit. L. VII.* §. 52.

§. III.

Cum Archi- & Epiſcopatuum totque aliorum locorum eccleſiaſticorum in ſecularem ſtatum transmutatorum hîc mentio facta, quæſtio ardua ſe nobis ſiſtit, in utramque partem à Doctoribus agitata; An ſcil. ( ita dicta ) ſeculariſatio rerum eccleſiaſticarum ſit licita? Ad quam ita reſpondemus: Aut ſeculariſatio rerum eccleſiaſticarum *legitimè* h. e. publica autoritate accedente, & *juſtis ex cauſis* i. e. ſummâ de neceſſitate, tum ſalute Reipubl. efflagitante facta fuit; aut non. *Hoc* caſu negantium ſententiam ſuſtinentibus libenter accedimus, non verò in caſu *Priori*, ſed eam potius omni jure licitam atque permiſſam eſſe credimus. vid. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 68. n. 8.* Juri enim atque voluntati divinæ illam non contrariari, & dicta & exempla Sacr. Scripturæ teſtantur. Sic Ipſe ſummus ſacerdos Chriſtus *Matth. 12. v. 7.* inquit: *Volo Miſericordiam, non ſacrificium*: quo ipſo Salvator, tanquam legis divinæ infallibilis Interpres, translationem rerum ſacrarum ad uſum profanum admittere videtur, maximè ſi præcedentia intueamur verba. Adſunt præter hoc plurima exempla, Davidis *I. Sam. 21. v. 3. & 6. Lev. 24.*

*v. 9.* Aſſæ Regis Judæorum *1. Reg. 15. v. 18. & 19. 2. Paralip. 16. v. 2. & 3.* nec non Hiskiæ Regis, qui omnem templi atque palatii ſui theſaurum, Aſſyriorum Regi Sanherib offerens pacem obtinuit. *2. Reg. 18. v. 15. & 16.*

§. IV.

Nec humano Juri ſeculariſationem adverſari, inde conſtat, quod ſecundum Jus Naturæ & rationem rectam ſit, ut ſalute neceſſitateve Reipublicæ expoſcente, ex ſacro fiat profanum. Neceſſitas enim ſuprema lex eſt, neque illa habet legem, ſed ipſa aliis facit legem, & quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. *c. 4. X. de R. I. l. 1. C. ut nem lic. l. 10. l. 14. C. de SS. Eccleſ.* Quin imò minus malum, ut majus evitetur, habet rationem boni, ſatiusque eſt in parte damnum admittere, quàm totum cum parte ſimul amittere.

§. V.

Moratiores quoque Gentes, neceſſitate ac utilitate publica id exigente, res ſacras atque eccleſiaſticas uſui profano addicere haud dubitarunt. Et ut ſuperſedeam recenſere Gentilium Imperatorum exempla, prodeant Impp. Chriſtianorum, nimirum Caroli Calvi Imperatoris, quod extat ap. Aimon. *de geſt. Franc. l. 15. c. 34.* Ludovici Balbi ap. eundem *d. l. 5. c. 36.* De aliis verò Regum Angliæ Henrici II. *Neubrig. l. 3. rerum Anglicarum* Henrici VIII. Horn. *Orb. Polit. P. 2. p. 92.* conf. Rhet. *in diſſ. de Seculariſatione,* Lehmann. *in Chron. Spir. L. II. c. 35. p. 136.*

§. VI.

Canones porro ſacros profanationi huic non obſtare docet textus: *in can. 70. cauſ. 12. qu. 2.* Eccleſia enim non habet aurum, ut ſervet, ſed ut erogetur & ſubveniat in neceſſitatibus. conf. *can. 71. cauſ. 12. qu. 2.* idque teſtantur exempla ipſorum Pontificum ap. Hortleder. *P. I. l. 5. c. 8. pag. 1269.*

Denique Jus Civile tàm Juſtinianeum Romanorum in *§. 2. Inſt. de R. D. Auth. hoc jus porrectum. l. privilegia. 17. §. 1. de SS. Eccleſ. & Auth. præterea. C. de SS. Eccleſ. Nov. 7. c. 2. §. 1.* quàm Germani-

manicum *Rec. Imp. Spir. de Anno 1542.* §. Aber die Kirchen-Kleinoden. *65. R. I. Spir. de Anno 1544.* §. Aber die Kirchen-Kleinoden. *44. Inſtrum. Pac. art. X. §. 7. XI. §. 4. 6. 12. XII. §. 1. 3. XIII. §. 9.* Seculariſationem iſtam luculenter approbant. Procedit verò ſeculariſatio iſta, ſi fiat à perſonis auctoritatem publicam habentibus. Audio quidem Pontificios fabulantes, Divini Juris res ſacras & eccleſiaſticas in patrimonio dominioque Chriſti eſſe. *c. 16. X de Præb. & dignit. c. 34. v. nos ſuper hoc de elect. & poteſt. in 6.* hinc neminem de iis, niſi ſolum Præſulem Romanum, tanquàm Chriſti vicarium, diſponere poſſe. *c. 24. c. 1. qu. 1.* nec illa Imperatori eſſe ſubjectas. *c. 21. c. 23. q. 8.* Aſt non moveor hiſce; eſto enim, eas res Deo vel Eccleſiæ dicatas & in ejus exiſtere patrimonio, quin tamen Reipublicæ adhuc ſubjiciantur, nullus dubito. v. *Pac. Relig.* §. als auch den Ständen. & *Inſtr. Pac. art. V. §. 15.* Dn. Eric. Maurit. *diſſ. de Seculariſat. c. 5.* Neque res ſacræ maximè eccleſiaſticæ, ideò quod privatorum commerciis & uſibus ſecularibus eximantur, jurisdictionem quoque humanam & Reipublicæ, cum ipſa Eccleſia in illa ſit, effugiunt. v. Gudelin. *de jur. nov. l. 6. c. 2. in f.* Rhet. *in Inſt. Jur. Publ. l. 1. t. 2. §. 100.* Quin imo ipſe Chriſtus & Apoſtoli ſui eccleſiam à Jurisdictione ſeculari non exemerunt. *Actor. 25. v. 10. Rom. 13. v. 1. &c.*

## §. VII.

Quæ cum firmo ſuo nitantur talo, facillimè jam ad illam controverſiam gravisſimam, an nimirum Archi- & Epiſcopatus in *Inſtr. Pac.* ceu bona Eccleſiaſtica ſalva conſcientia potuerint ſecularem in ſtatum reduci? Affirmando reſpondere poſſumus. Quod enim attinet bona, qui Clerici in Germania posſident, potiora illorum ſanè non tàm ſunt eccleſiaſtica, licet ita dicantur, quam Eccleſiaſticorum. v. Schwed. *Introd. ad Jus Publ. S. II. c. 12. n. 10.* Feuda enim ſunt; hæc autem eſſe ſecularis juris, quilibet concedet: nec conceduntur illis, quà Clericis, ſed quà Principibus ſecularibus, quorum intuitu jurisdictioni etiam ſeculari ſubjecti ſunt. Mager. *d. Advocat. c. 17. n. 164.* Hinc

non

non tàm eccleſiaſtica bona eſſe ſecularisata, quàm potius bona Eccleſiaſticorum & poſſeſſorum perſonas tantum eſſe mutatas, dicendum. Eſto etiam, illa, quoniam ad uſum eccleſiaſticum deſtinata fuerunt, audire eccleſiaſtica, annon legitimè, publica ſcilicet Imperatoris auctoritate, adhibito Statuum Imperii conſenſu, ſunt immutata? *Inſtr. Pac. Gallic.* §. *79. 80.* rejectis hìc Pontificiorum, de Jurisdictione Papæ in perſonas resque eccleſiaſticas fabulantium, nugis. Nonne etiam juſtisſimæ aderant cauſæ? Si enim verum eſt, uti ſanè eſt verisſimum, res eccleſiaſticas, publica utilitate poſcente, in humanos concedi poſſe uſus, *c. 52. v. 12. q. 2.* ſanè non eſt inficiandum, tantò magis permiſſam fuiſſe ſecularisationem, quò magis *neceſſitas* utilitatem ſolam ſuperabat: teſtata autem hoc eſt experientia, cum Germania in propria viſcera ſua per annos XXX. ſæviiſſet, non aliter, quam hoc modò deſideratam ac optatam pacem ſperari ac obtineri potuiſſe. Schvved. *alleg. libr. S. I. c. 23. n. 4.* item *Sect. II. c. 13. n. 10.* v. Burgold. *ad Inſtr. Pac. P. I. d. XXX. n. 12.* Quid? quod per hanc ſecularisationem tantum ea, qui prioribus ſeculis à religioſis Imperatoribus aliisque, in Clerum Romano Catholicum tàm largiter & effusè ex cœca obedientia & ſuperſtitioſa erga Romanam Religionem veneratione, donata, legata, aliisve modis collata, ad neceſſitatem, ſalutemque publicam Germanam redacta fuerint, maximè cum ea propter cultus divinus in iſtis Epiſcopatibus & Eccleſiis Cathedralibus non ſublatus aut impeditus, nec gloria divina ſit imminuta. conf. Auth. des Teutſchen Reichs-Staats *Tom. II. P. V. c. 1. n. 39.* H. Irenic. *in Colleg. Jur. Publ. in Burgold. diſc. ad Inſtr. Pac. Weſtph. ad P. II. d. 8. p. 63. lin. 36. ad voc. ducalem*, ubi & ad hanc quæſtionem aliter quoque reſpondet.

## §. VIII.

Commemoratis jam iis Archi- & Epiſcopatibus ſecularisatis, quibus nunquam Scamno noſtro transverſo inſidere licuit; juſtitiâque novi eorum ſtatus ab injuriis aliorum vindicatâ, progredior jam ad Principes Aug. Confeſſionis, qui eccleſiaſticam

qua-

qualitatem & dignitatem retinuere & quibus ob id Scamnum hoc tranſverſum occupare contigit. Erant hi tempore Pacificationis Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, Epiſcopus Oſnabrugenſis & Epiſcopus Lubecenſis. Et horum primo quidem ad tempus ſaltem exiguum hic honor fuit decretus. Notum quippe, quod Potentisſimo Electori Brandenburgico expectantia in Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem una cum tribus aliis §. 1. memoratis Epiſcopatibus, per *Inſtr. Pac. art. XI. §. Similiter*, ita fuerit collata, ut mortuo ſuprà laudato *Auguſto*, Saxoniæ Duce, Adminiſtratore Archi-Epiſcopatus ultimo, totus Archi-Epiſcopatus cum omnibus eò pertinentibus Territoriis, Regalibus, Juribusq; tanquam feudum perpetuum ſub titulo Ducatus ad ipſum ſit deventurus. conf *Inſtr. Pac. alleg. loc.* Herman. Herm. *Faſcicul. Jur. Publ. c. 29 n. 50.* Schütz. *in Colleg. Jur. Pr. vol. 1. Exerc. X. ϑ. 13. not. ad lit. B.* Adminiſtrator igitur Auguſtus clericalem qualitatem ad vitam retinuit, Burgold. *ad Inſtr. Pac. Part. II. diſc. 12. n. 2.* ejusque intuitu ſedem in ſcamno hoc ipſi deſtinatam occupavit, ut videre eſt ex Schemate Comit. de *Anno 1653.* ab Auth. der Grundveſte des Heil. Röm. Reichs. it. *Diarii Europ. Tom. X. p. 13.* exhibito. Et hæc quidem ſesſio usque ad *annum 1680.* duravit. v. Schwed. *Introd. ad Jus Publ. S. I. c. 30. §. 15.* Schütz. *in Colleg. Publ. de Stat. Rei Rom. Vol. 1 Ex. X. ϑ. 14. not. ad lit. B. C.* Defuncto vero modo dicto Sereniſſimo Adminiſtratore, *ann. 1680. menſ. Jun.* pleniſſimaque ejus poſſesſione à Sereniſſimo & Potentisſimo Electore Brandenburg Friderico Wilhelmo occupatâ, ſeculum jam iſte Archi-Epiſcopatus Magdeburg. merum olet, & ſine mora cum nova ſeculari qualitate in ſeculare Principum Senatus ſcamnum transmigrans, Brandenburgicus Legatus Gothofredus de Jena, nomine Electoris ſui, tanquam Ducis Magdeburgenſis ibidem loco ſecundo immediate poſt Bavarum *28 Aug. (7 Sept.) 1680.* ſesſionem occupavit. conf *Acta Comitiorum Ratisbon. de an. 1680.* add. Schvved. *cit. loc.* Auth. des Teutſchen Reichs-Staats *Tom. I. P. IV. c. 8. n. 6. p. 470.* Auth. des *Diſcurſes* vom gegenwärtigen Reichs-Tag zu Regenſpurg *p. 16.*

§. IX.

Orta tunc fuit & ſtrenuè agitata inter modo dictum Electorem & Serenisſimum Electorem, nec non Serenisſimam Palatinam Domum circa votorum & ſesſionum præcedentiam controverſia, quam jam ante ſuſpicatus eſt Eitel. Frid. von Herden in ſeiner Grundveſte des Heil. Röm. Reichs. *P. II. c. 4.* §. Und ſtehet dahin/ ubi ita ſcribit: Wiewol der *Seſſion*-Streit nicht weniger bey Magdeburg zu beſorgen/ weil vermuthlich Chur-Brandenburg auff der Neben-Banck nicht wird ſitzen/ hingegen die weltlichen/und ſonderlich das Hauß Pfaltz ihme die vierte Stelle nicht einräumen/ gleichwol aber ſolches Hauß auch nicht zu weit hinunter/ ſonderlich gleich Schweden/ wegen Bremen/ in der Stelle auff der weltlichen Banck/ die es vor dieſem auff der geiſtlichen/ und bißher auff der dritten Banck *votando* gehabt/ geſetzt werden ſollen. Eadem ſuboluit Dn. Hojer. *p. 2. deſcript. Imper. c. 6.* ſequentia addens: Obſchon *diverſæ rationes* zwiſchen beyden handgreifflich/ indem man Schweden *tanquam Regno & parti belligeranti* dieſe als eine der Waffen Niederlägniß mit angehengten *Condition*en *ſine qua non* einwilligen und nachſehen müſſen/ und darein das Hauß Pfaltz-Zweybrück/ deſſen *Intereſſe* ſtarck darunter gelitten/ wegen nunmehro erlangten Königl. Schwediſcher Würde und Krohn gutwillig verſtanden *&c.* Irenic. ad Burgold. *Diſc. ad Inſtrum. Pac. Weſtph. P. II. Diſc. XII. p. 110.* Uti igitur conjecerunt laudati Scriptores, ita ſanè res evenit: docet enim & teſtantur ſatis ſuperque Act. Comit. Ratisbonenſium, quanta intuitu hujus ſesſionis inter Legatum Elector. Brandenb. & Legatos Domus Palatinæ ſit mota controverſia; Et quoniam rationes ab utraque parte controvertente pro obtinenda ſesſionis ſuæ prærogativa allegatæ lectu ſint dignisſimæ, easdem ex ſcriptis eorum reciprocis hic recenſere, operæ pretium fore arbitratus ſum.

§. X.

Scriptum nim. à Serenisſimi Electoris Brandenb. Legato Dn. de Jena ratione ſesſionis reſpectu Magdeburgici Ducis in

der Neben-Stuben/ ſive conclavi extraordinario Senatus Principum 2. (12.) *Aug.* 1680. exhibitum & prælectum ſequentia continebat.

So viel des Hertzogthums Magdeburg *Votum* anbetrifft/ iſt *notorium*, daß Magdeburg auff dem jüngſten und jetzigem langwierigen Reichs-Tage *loco quarto* auffgeruffen/ und das *Votum* in ſolcher Ordnung viel Jahr her abgeleget ſeye / welches auch keiner ſtreiten oder etwas dargegen *movi*ren wird; Was aber deſſen jetzige Stell oder Sitz anbetrifft / ſo kan es ſolchen auff der geiſtlichen Banck als vollkommenlich *ſeculariſi*rt mit Fug nimmer *prætendi*ren / man würde auch/ wann es einen Ort einzunehmen verſuchet/ als ich höre/ abweiſen. Zumahlen alle und jede *ſeculariſi*rte Ertz- und Stiffter ihre *Seſſion* auff der weltlichen Banck / und zwar *ſecundum ordinem* des Auffruffens und *Voti*rens haben: daß man alſo bey ſolcher *Regul*, die keine *Exception* hat/ es nothwendig bewenden laſſen muß/ und ſich ſcheuet/ etwas *ſingulares* oder ungewöhnliches zu *prætendi*ren. Ungeachtet deſſen/ ſo von des Ertz-Biſchoffthums und *Primats* Magdeburg *Dignit*ät/ *Prærogativ* und *Præcedentz* von den alten *Hiſtoricis* und *Scribent*en/ auch ohngefehr vor 100. Jahren/von dem berühmten *JCto*, Käyſer Maximiliani II. und Rudolphi II. glorwürdigſten Andenckens/ auch verſchiedener Chur-Fürſtl. und Fürſtl. Rath LUDOLPHO SCHRADERO, in ſeinem mit Käyſerl. Majeſt. *Privilegio* gedruckten *Conſiliis vol.* 1. *Conſil. IV.* auffgezeichnet und *deduci*ret iſt.

Aus den *præmitti*rten zwar wenigen und uns allen bewuſten *principiis* und *moribus* ergiebet ſich von ſelbſt / wo Magdeburg ſeinen Platz und *locum* haben ſolle/ nehmlich/ daß es von Rechtswegen *voti*ret/ männiglich ſitzet/ wie er auffgeruffen wird / und in der Ordnung/ da er ſein *Votum* führet / und dieſer *modus* hat keinen Abfall/ ſo zu erweiſen überflüßig/ oder verdrießlich/ zumahlen es bey allen förmlichen *Seſſion*en und Umbfragen in die *ſenſus externos incurri*rt. Kein Nachſtimmender ſitzet vor einem Vorſtimmenden/ und kein Vorſtimmender nach einem Nachſitzenden/ auch *alterni*ren die beyde Bäncke. Wider ſothane ununterbroche-

brochene *Obſervance* und Weiſe im *Voti*ren und Sitzen / will Magdeburg nichts *attenti*ren / ſich beſcheidentlich betragen / und mit demjenigen / ſo ihme *competi*rt / ſo weit vergnügen / daß es keinem Vorſtimmenden in dieſem *Collegio* beunruhige. *Summa*, der zum erſten auffgeruffen wird / iſt der erſte auff der geiſtlichen Banck / der andere hat auff der weltlichen Banck *primum locum*, der dritte auff der geiſtlichen Banck den andern Platz / und den vierten gebühret die andere Stelle auff der weltlichen Banck. Woraus un*diſputi*rlich folget / daß Magdeburg *immediatè* bey und nach Bayern ſitzen muß / welchen *locum* es auch hiemit in GOttes Nahmen / und aus gedachtem *Special*-Befehl / den es vorher gehorſamſt abgewartet / ordentlich einnimt / und deſſen *Poſſeſſion ſolenniter* ergreiffet / ꝛc. Schließlich iſt dem Hertzoge von Magdeburg *Votum & Seſſio* in dieſem hochlöblichen *Collegio* in dem *Inſtrumento Pacis* ausdrücklich *conferi*rt / und zwar ohne alle *limitation* oder *reſtriction*, und muß es alſo bey der ob*allegi*rten *Regul*, und *ſolita obſervantia* ſchlechter Dings gelaſſen werden / wie es denn auch kein *Scrupul* gehabt / und *de Jure* noch nicht hat. Und wenn ein *Votum* in dem Fürſten-Rath geführet worden / und das Land auff einen andern Fürſten *per electionem* oder *ſucceſſionem* kommen / wie bey dieſem langwierigen Reichs-Tage auff beyden Bäncken faſt hundertmal geſchehen / nimmt der neue geiſtliche oder weltliche Geſandte den Sitz ohne *Ceremonien* oder *Aſſignation* ein: Welcher *Obſerv*antz und Rechts ſich auch der Magdeburgiſche billich bedienet / der ſich aller *Novitä*ten fleißig zu enthalten pfleget. Ja wann dieſes wäre / ſo iſt meinem Durchl. Gnädigſten Herrn die Gewalt und Macht gegeben / oder das *ſingulare & ſpeciale Jus*, welches meines Erinnerns in dem *Inſtrumento Pacis* nicht mehr zu finden / das Hertzogthum Magdeburg mit allen geiſtlichen und weltlichen davon *dependi*renden *Juribus*, *nullo excepto*, *propria authoritate* zu *occupi*ren.

Ad hæc reſpondit Legatus Palatino-Lauterenſis:

Daß er unvermuthet verſtanden / was der Herr Magdeburgiſche Geſand-

Geſandte der genommenen Abrede gantz zuwider / wegen der Magdeburgiſchen *Seſſion* vorgebracht / maßen daon gedachter Herr Magdeburgiſche Geſandte endlichen dem Pfaltz-Lauteriſchen bedeutet / wie er mit dem Pfaltz-Neuburgiſchen ſich allbereit unterredet / ihme auch von demſelben Gevollmächtigten ein Vorſchlag gethan worden / welcher geſtalt keinem Theil *præjudici*ret werden könte / nehmlich/ daß man die *Deliberationes publicas* auff die Art *continui*re / wie eine Zeitlang geſchehen / und in dem Fürſten-Rath keine ordentliche *Seſſion* hielte / ſondern entweder *in Circulo* ſtehen bliebe / oder *tumultuariè ſedendo* die *Vota* nach der Ordnung ablegte / welches ihme auch nicht zuwider wäre / welchen Vorſchlag dann auch der Pfaltz-Lauteriſche *bona fide accepti*ret / und ſich erboten/ die andern Herren Fürſtlichen Geiſt- und Weltlichen dahin *diſponi*ren zu helffen / daß ſolcher Vorſchlag zu Verhütung der *Colluſion* der hohen *Principal*en und alles *Præjudices* werckſtellig gemacht werden möchte. Welches dann auch geſchehen / und die *Deliberationes* , welchen der Herr Magdeburgiſche jederzeit mit beygewohnet / der Abrede gemäß / alſo verrichtet worden. Bey welcher Beſchaffenheit / und da man nicht in der ordentlichen Fürſtl. und Raths-Stube beyſammen/ viel weniger eine ordentliche *Seſſion* eingenommen / ſondern *ſine ordine* , und wie es ſich ohngefehr gefüget / durch einander ſäſſe/ könte er nicht begreiffen / wie er die *Seſſion* in der Neben-Stuben einnehmen/ und die *prætentir*te *Poſſeſſion*, ſeiner Meinung nach/ ergreiffen könte / ſondern müſte ſein gethanes Anbringen vielmehr vor *null* und nichtig halten/ wolte es jedoch Ihr. Chur-Fürſtl. Durchl. ſeinem gnädigſten Herrn unterthänigſt berichten/ und mit *proteſtation* wider ſolch nichtiges Beginnen/ ſeinem gnädigſten Herrn alle Nothdurfft beſter maßen darwider *reſervi*ret haben. Hoffe auch/ ſo wol die Fürſtl. *Directoria*, als übrige anweſende Herren Geſandten/ könten und würden es vor keinen *legitimum actum* erkennen / wodurch denen Hoch-Fürſtl. Pfältziſchen Häuſern einig *Præjudi*tz zugezogen werden möchte. Was die von dem Herrn Magdeburgiſchen Geſandten *allegi*rte *Rationes* , zu

 *juſtifi-*

*juſtificirung* ſeiner *prætenſion* anlangete / wäre darauff leicht zu antworten. Dann ſo viel das

(1.) Betrifft/ wäre wegen Magdeburgs *Seſſion* nichts *in Inſtr. Pac. diſponirt*/ und der *paſſus*, daß Ihre Chur-Fürſtl. Durchl. die *poſſeſſion* der zu Magdeburg gehörigen *Jurium* ſelbſt einnehmen möchte/ nicht zu verſtehen/von ſolchen Sachen ſo ſtreitig und *in Inſtr. Pac.* nicht ausgemacht.

(2.) Seye das *Inſtr. Pac.* wegen der Magdeburgiſchen *Seſſion* Ihme vielmehr zuwider / als vor Ihme / maßen wegen der Brehmiſchen *Seſſion* klar darinnen *diſponirt* / die Magdeburgiſche aber / als gantz darwieder lauffend / gar übergangen / indeme die klare *diſpoſition* wegen Brehmen *ratione quinti loci* auff der weltlichen Banck nicht beſtehen kan/ wann Magdeburg als der Sechſte ſich unter die andern Fünff mit eindringen / und die übrigen/ſo in ruhiger *poſſeſion* bißhero geweſen / trennen wolte.

(3.) Was die Ordnung des *Voti* anlangt / würde Magdeburg ſolche nicht *diſputire*t / folge aber daraus nicht/ daß die *Seſſion* darnach *reguliret* werden dörffte / zumahln auch die klare *diſpoſition* des *Inſtrumenti Pacis* , wann ſolche in Ihrem *Vigore* bleiben ſolte / es nicht zulieſſe/ und dem Pfaltz-Grafen von Neuburg/ als welcher vor undencklichen Jahren in *poſſeſion* ſeines Sitzes und *Voti*rens geweſen / nicht zuzumuthen / daß er nach Brehmen ſitzen / und doch vor demſelben *votiren* ſolte ; Aus welchen *difficul*täten dann klar erhellete / daß der *paciſcirenden* Theile in *Intention* geweſen / daß Magdeburg auf der ihme *aſſignirten* Querbanck verbleiben / und *ſuo ordine* des *Votum* ablegen ſolte / wie es dann auch die gantze Zeit als ein weltlicher Fürſt aufgeruffen worden/ und ſein *votum* abgeleget. Welches dann ferner/ ohne Nachtheil ſeiner *Jurium*, alſo billich zu *obſerviren*.

(4.) Daß Pfaltz-Lautern in dem letzten Reichs-Abſchied Brehmen nachgeſetzt / könte der Magdeburgiſchen *Prætenſion* nicht zu ſtatten kommen / weilen die *diſpute* nicht wegen der

Unter-

Unterſchrifft/ oder einiger *Præcedenz* wäre/ ſondern nur allein die *Seſſion* im Fürſten-Rath anbetreffe.

(5.) Ob zwar in keiner Reichs-*Conſtitution* verſehen/ daß die Pfältziſchen Häußer nicht dörfften getrennet werden/ und ſolches allezeit durch Brehmen geſchehen / ſo ſeye wegen dieſes eine *expreſſe diſpoſition in Inſtrum. Pac.* vorhanden/ wegen der Magdeburgiſchen *Seſſion* aber / das geringſte nicht befindlich/ zu deme wäre das Hauß Pfaltz vor etlichen 100. Jahren *in poſſeſſione*, und könte alſo mit Fug darvor nicht gedrungen werden.

Worauf der Herr Magdeburgiſche Geſandte wieder *replicirt*; ohne wäre es nicht / daß der Pfaltz-Lauteriſche Herr Geſandte / und Pfaltz-Neuburgiſche Herr Gevollmächtigte mit ihme dergleichen / als jetzo vorkommen / *privatim* geredet/ ſo er *bona fide*, wornach er ſich immer *regulire* / freywillig geſtehe / es erinnerten ſich aber dieſelbe / daß er von ihnen Vorſchläge verlanget / auf was Art und Weiſe die an ihn geſuchte *mora* von dem Hertzogthum Magdeburg un*præjudici*rlich ſeyn könne / da dann von dem Herrn Pfaltz-Neuburgiſchen ins Mittel gebracht / man könte die *Seſſiones* und Umfrage / wie eine Zeithero *extraordinarium conclave* geſchehen/ an dieſem Orte fortſtellen/und ſolte alsdann ſo wohl Magdeburg/als die Pfältziſche Häußer/ in dem *ordinario conclavi* keine *Seſſiones* ſo lange nehmen / biß Magdeburg billichmäßige *Satisfaction* ſeines Orths halber erlanget / darauff er zu ſeiner Sicherheit etwas ſchrifftliches begehret / und zwar vor 10. Tagen / ſo ihme der Herr Pfaltz-Neuburgiſche auch verwilliget / und *conteſtiret* / daß er mit ihme aufrichtig handeln wolle ; Nachdeme er ſich nun heute acht Tage wieder angemeldet / und die Antwort bekommen : Es ſey der Herr Pfaltz-Neuburgiſche Ober-Cantzler ſelbſten hier / dabey ſey es geblieben. Was den Herrn Pfaltz-Lauteriſchen anbetreffe / weilen derſelbe / wie doch nöthig/ hiebey niemahlen geweſen / und ſolches nimmer gegen ihn erwehnet/ auch nicht der Herr Pfaltz-Veldentziſche/ die doch *cau-*

*ſam*

*ſam communem* machten / und keiner ohne den andern etwas Verbindliches des Hoch-Fürſtlichen geſammten Hauſes wegen ſchließen könne 2c. Ferner finde ſich Magdeburg in der *Subſcription* des jüngſten Reichs-Abſchiedes auff der weltlichen Banck/ und ſtünde darauf (1.) Bäyern/ (2.) Magdeburg / (3.) Lautern 2c.

Man *conteſti*rte denen Hoch-Fürſtlichen Pfältziſchen Häuſern an ihren habenden Rechten nichts zu *præjudici*ren / dem Hertzogthum Brehmen *diſputi*re man *quintum locum* nicht / und wolle man *quintum locum* nimmermehr *prætendi*ren 2c. Daß ein oder andere Fürſtliches Hauß nothwendig neben einander ſitzen/ und die *Vota* alſo ablegen müſſe / davon ſtünde in dem *Inſtrum. Pacis* und Reichs-*Conſtitution*en ſeines Wiſſens nichts / lauffe auch *obſervantiæ & praxi notoriæ* zuwider / Chur-Bäyern ſitze nicht bey Chur-Pfaltziſ. Durchl. in dem Chur-Fürſtlichen *Collegio*. Dann ſo wäre Brehmen zwiſchen den Hoch-Fürſtlichen Pfältziſchen Häußern : Ferner ſo ſitzen nicht Leuchtenburg bey Bäyern/ Brehmen nicht bey Pommern. Und könne die genommene *Seſſion* ſchließlich darum nicht angefochten werden/ daß ſie alhier *apprehendi*rt ſey / dann ein löblich Fürſtlich *Collegium* wäre gar nicht an eine Stube gebunden/ oder darinnen *banniſi*rt/ ſondern wo die Herren Abgeſandten ſich einſtellen / wo ein löblich *Directorium* ordentlich *propon*irt/ wo *deliberi*rt und geſchloſſen / da wäre der Fürſten-Rath 2c. Quid porrò inter has Sereniſſimas domus motum, mihi equidem non conſtat, hoc autem ſcio, quod Dux Magdeburgicus occupatum tum temporis locum hactenus conſtanter poſſederit. & adhuc poſſideat, referente Auth. des *Diſcurſ.* von dem jetzigen Reichs-Tag zu Regenſpurg *pag. 27.*

§. II.

Reliquos quod attinet transverſo Scamno inſidentes Imperii Principes eccleſiaſticos, ſunt illi, ut jam ſupra monitum, Epiſcopi Lubecenſis & Oſnabrugenſis. Et priori quidem ſoli

inter

inter Proteſtantes hoc contigit, ut in ſtatu ſuo der Geiſtlichkeit ohne *ſeculariſirung*/ ſimul quoque in ſtatu immedietatis permaneret, & ſic certum & perpetuum Scamni noſtri exiſtere poſſet ſubjectum. v. Burgold. *P. II. d. X. n. 4. ſub fin.* & *P. II. d. XII. n. 2.* Irenic. *in Colleg. Jur. Publ. ad Burgold. diſc. Pac. W. ad P. II. d. X. n. 90.* Dolet ſaltem Author *Meditat. ad Inſtr. Pac. Art. 5. §. 21. p. 252. lit. e.* quod Eccleſia Lubecenſis in hoc jure ſuo conſervando non ſit vigilantior, quæ, cum ad Comitia moderna initio ad Præſcriptum Pacis Weſtphalicæ vocata eſſet, miſſoque Legato ſedem ſuam aliquandiu conſervaſſet, mox illo domum revocato non modo ſuffragium ſuum atque Seſſionem ultra 30. & amplius annos hucusque deſeruit: verùm etiam, quod adhuc eſt gravius, paſſa ſit, nomen ſuum ex Schedula illa deleri, qua deſcripti ſunt, qui ad ſententiam ſuam dicendam provocantur. conf. *plur. Auth. alleg. loc.* Qua equidem de re jam non ero ſollicitus, hoc tamen certum eſt, Epiſcopatum iſtum per aliquot jam annos, ob graviſſimam controverſiam inter Carolum Daniæ Regis Filium Principem, & modernum Adminiſtratorem Holſatiæ Gottorpienſem, Ducem Chriſtianum Auguſtum, ſuper poſſeſſione Epiſcopatus Lubecenſis agitatam, vix locum ſuum occupare potuiſſe; Uterque enim Sereniſſimorum Principum mortuo Reverendiſſimo & Sereniſſimo Dn. Auguſto Friderico, Duce Slesvicenſ. Holſatiæ, ultimo Epiſcopo, ſedem jam vacuam Epiſcopalem prætendit. Nota hinc diſſidia, notæ controverſiæ, tàm ratione electionis inter Capitulares hujus Epiſcopatus, quàm ratione poſſeſſionis armis etiam quæſitæ inter Sereniſſima hæc Capita ortæ, quas ſcripta reciproca, quibus quælibet pars rationes & fundamenta ad jus ſuum obtinendum allegat, exhibent. add. Auth. des Teutſchen Reichs-Staats *Tom. II. P. V. c. 24. § 4.* & Auth. des Staats des Biſthums Lübeck. *pag. 11. & ſeqq.* Nullus autem dubito, quin lite hâc, per decretum Imperatoris, cujus deciſioni utraque pars litigans totum negotium demiſiſſe dicitur, Auth. des Teutſchen Reichs-Staats

*alleg. loc.* §. 4. *p.* 67. compoſitâ, in Comitiis nomine hujus Epiſcopatus Legatus iterum ſit compariturus.

§. XII.

Poſt Lubecenſem Epiſcopatum, qui adhuc totus Aug. Conf. addictus eſt, Epiſcopatum quoque Oſnabrugenſem paucis contemplabimur, qui quidem etiam ſubjectum ſcamni noſtri transverſi exiſtit, ſed, non niſi in caſu alternativo, quando videlicet eidem religioni Lutheranæ addictus præeſt. In Inſtrumento enim Pac. *art.* 13. conventum fuit, *quod in dicto Epiſcopatu Oſnabrugenſi deinceps alternativa ſucceſſio inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcopos, ex familia tamen Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium, quamdiu eadem duraverit, poſtulandos, locum habere debeat, atque Capitulum unum ex Domini Georgii, Ducis Brunſuic. & Luneburgenſis poſteris in Epiſcopum ſuum poſtulare teneatur, & ſic perpetuò admittatur alternativa ſucceſſio, inter Catholicos Epiſcopos ex gremio Capituli electos, vel aliunde poſtulatos, atque Auguſtanæ Confeſſionis addictos, ſed non alios, quàm ex familia modo dicti Ducis Georgii deſcendentes; & quidem, ſi plures ſint Principes, è natu minoribus eligatur, vel poſtuletur Epiſcopus, nullis verò exiſtentibus natu minoribus, ſufficiatur unus ex Principibus regentibus. Illis autem deficientibus, ſuccedat tandem Sereniſſimi Ducis Auguſti poſteritas, alternatione, uti dictum, inter ipſum & Catholicos perpetua.* In vernacula lingua hæc verba ita concepta leguntur: *pr.* §. 13. Daß die Umbwechſelungs-*Succeſſion* hinfort in dem Bißthum Oßnabrück/ unter den Catholiſchen und Augſpurgiſchen *Confeſſion* Biſchöffen/doch dieſer aus dem Hauſe Braunſchweig-Lüneburg / ſo lange ſolches währen wird / zu *poſtulir*en Platz haben ſolle. Et poſt §. 4. Und ſoll ewig die Umbwechſelungs-*Succeſſion* zugelaſſen ſeyn unter den Catholiſchen Biſchoffen / ſolche aus

aus dem Schoß des Capitels zu erkieſen / oder anders woher zu wehlen / die etwa der Augſpurgiſchen Confeſſion werden zugethan ſeyn / aber dieſer keine andere / als aus der Familien erſt benannten Hertzogthums : Und ſo unter den Fürſten mehr dann einer wären / ſo ſoll man einen aus den regierenden Fürſten nehmen / ſo ſie aber abgiengen / ſo ſollen die *Poſterität* Hertzogs *Auguſti*, nach voriger Umbwechſelung / unter ihnen und den Catholiſchen einander folgen. Conf. Sprenger. *in Lucern. modern. Stat. P. II.* Burgold. *ad Inſtr. Pac. P. I. d. 20. n. 5.* it. Auth. des Teutſchen Reichs-Staats, *Tom. I. P. IV. C. 10. §. 6.*

## §. XIII.

Hæc autem, quæ itá in Inſtrumento Pacis fuere diſpoſita, in viridem veniſſe obſervantiam, docet exemplum Reverendisſimi & Serenisſimi jam beate defuncti *ERNESTI AUGUSTI*, Ducis Brunſuic-Luneb. qui defuncto Epiſcopo *Franciſco Wilhelmo, Comite de Wartenberg*, Cardinale poſtea, *An. 1662. menſ. Sept.* in Epiſcopum Oſnabrugenſem fuit electus. Vitriar. *in Inſt. Jur. Publ. C. 26. n. 44.* add. Louis du May, *dans ſon Etat de l' Empire P. I. Dial. 6.* his verbis: *Apres la mort de François Comte de Wartenberg trés venerable Prelat, qui fut Plenipotentiaire des Electeurs Eccleſiaſtiques à Munſter, & temoigna ſa prudence, ſon adreſſe & ſa magnificence, au contentement & avec l' admiration de toute l' aſſemblée, apres ſa mort dis-je Erneſt Auguſt, Duc de Luneburg a été fait Evesque d' Oſnabrug, encor qu'il ſoit Lutherien.* Nomine quoq; Reverendisſimi & Serenisſimi hujus Ducis Epiſcopi Oſnabrugenſis Anno 1663. Legatorum amplisſimo munere fungentes *Dn. de Winckelhauſen*, Cathedralis Eccleſiæ Oſnabrugenſis Præpoſitus, & *Dn. Schepler*, D. Conſiliarius Brunſuicenſis, ſedem tempore Comitiorum



in

in hoc ſcamno occuparunt, uti ex ſchemate Auth. der Grundveſte ꝛc. in annexo *Act. Proceſſ. & Propoſit. ſubjunct.* videre licet.

§. XIV.

Si verò quæratur, cur Legatus nomine Epiſcopatus Oſnabrugenſis, qui ſimul nomine Ducatuum Brunſuico-Calenbergenſis & Grubenhagenſis comparuit, per aliquot annos ante mortem Sereniſſimi & Reverendiſſimi Dn. Erneſti Auguſti, Scamno transverſo, nec ſeculari Principum ſcamno loco congruo inſederit, cum tamen Dux Brunſvicenſis ratione Calenberg & Grubenhagen prius quàm Oſnabruga ad ſuffragium ferendum provocetur? Reſpondet ad hoc Author des Diſcurſes von dem gegenwärtigen Reichs-Tag pag. 29. ita: Die Urſach iſt / weil durchgehends die geiſtlichen Fürſten und Stiffter / wie Oßnabrück eines iſt / vor die weltliche Fürſten den Rang und Vorgang *prætendi*ren / obgleich dieſe eher / und vor ſie / geiſtliche / *voti*ren / auch im Fürſten-Rath über ſie ſitzen; Dahero / als Braunſchweig-Calenberg und Grubenhagen nach Abſterben des vorigen der Catholiſchen Religion zugethanen Hertzogs uff den jetzigen / nunmehr verſtorbenen Biſchoff zu Oßnabrück (welcher der Hertzog zu Braunſchweig-Hannover / und Evangeliſch iſt geweſen) verfallen / und dieſer einen eigenen Geſandten hieher geſchicket / hat das *Capitul* zu Oßnabrück dabey *vigili*ret / daß der Geſandte *inſtrui*ret worden / nicht auff der weltlichen Fürſten-Banck / ſondern auff der Querbanck die *Seſſion* zu nehmen / damit alſo dem Stifft Oßnabrück an ſeinem vor die weltliche *prætendi*rten Rang und Vorzug kein *Præjudi*tz zugezogen würde. Dann weiln der jetzige geweſene Biſchoff zu Oßnabrück / wie gemeldet / der Augſpurgiſchen *Confeſſion* zugethan / hätten ihn die geiſtliche Fürſten / wenn gleich der Oßnabrückiſche Geſandte / aus der *conſideration*, daß Oßnabrück ein geiſtlich Stifft / auff der geiſtlichen Banck hätte ſitzen wollen / nicht *admitti*ret / weßhalben er die Fürſtliche Querbanck ergreiffen müſſen.

§. XV.

§. XV.

Legatus igitur moderni Epiſcopi Oſnabrugenſis Scamnum jam non transverſum, ſed Principum Eccleſiaſticorum Catholicæ religioni addictorum occupat, quoniam ſcil. vigore Inſtrum. Pacis, defuncto Sereniſſimo & Reverendiſſimo glorioſæ memoriæ, Erneſto Auguſto, Duce Brunſuic. & Luneburg. Aug. Conf. addicto, à Capitularibus, Catholicus ex Sereniſſima domo Lotharingica Princeps in Epiſcopum fuit electus. conf. Auth. des Staats der Chur- und Fürſtlichen Häuſer Braunſchweig-Lüneburg/ *pag. 40.*

§. XVI.

Cum verò ſcamnum noſtrum transverſum, Magdeburgenſi Archi-Epiſcopatu ſeculariſato, Oſnabrugenſi, utpote Catholico, ſcamnum eccleſiaſticum occupante, Lubecenſi ob controverſiam ſupra jam dictam impedito, planè conſpicia-tur in Comitiis vacuum & deſertum, anne dicendum putes, uſum ejus eſſe nullum? Neutiquam hoc aſſeri poſſe exiſtimamus. Non enim ab uſu impedito & ſuſpenſo, ad non uſum, & ab aliquali ad nullum uſum concludere licet. Utut igitur in præſentiarum nemo in hoc ſedeat ſcamno, id tamen non tollit uſum, nec dubium eſt, quin impedimentis præſentibus remotis, Oſnabrugæ ſcilicet Lutherano Epiſcopo ſuccedente, & Lubeccenſi controverſiâ ſopitâ, locus jam vacuus in priſtinum ſtatum ſit rediturus. Imò licet ſolam Lubecam illi inſidere contingat, ob id tamen uſus ejus haud extinguitur, nec enim ſcamnum ad multitudinem, aut ad certum Epiſcoporum Aug. Conf. numerum eſt reſtrictum, ſed potiùs ſingulis eorum conceſſum. Quid? quod illud ab initio in favorem unius & ſolius Magdeburgici Archi-Epiſcopi in conventu Oſnabrugenſi fuerit introductum, docente Pfanner. *in Relat. Hiſt. Pac. Weſtph. L. II. §. 42.* Adam Adami *in Relat. Hiſt. Pac. Weſtph. cap. VII. pag. 95.*

§. XVII.

Exiſtimat equidem Auth. der Grundveſte des Heil. Röm. Reichs, *L. II. c. 5.* Lubecenſem, quia ſolus exiſtit Epiſcopus Lu-

theranus, & ſic ab eo ſolo hactenus ſcamnum hoc occupatur, tædio forſitan ejus captũ, alium ſibi locum quæſiturum fore, ſic enim *pag. 90* ſcribit: Und ſtehet dahin/daß/weiln Magdeburg *qualitatem clericalem* auch nicht länger/als biß nach Abſterben des Herrn *Adminiſtratoris Auguſti*, behält/ ſo dann das Stifft Lübeck einig und allein beſagte dritte Banck werde halten / oder neuen *Seſſion*-Streit mit denen andern anfahen müſſen; Verum hæc conjectura huc usque effectu fuit deſtituta, nec tale quid in futurum metuendum eſſe credimus, id enim tenderet contra ipſiſſimam Inſtrum. Pacis, tanquam Legis fundamentalis, diſpoſitionem, quæ vult, *ut electi aut poſtulati Archi-Epiſcopi, Epiſcopi & Prælati Aug. Conf. addicti ſeſſionem in Scamno inter eccleſiaſticos & ſeculares intermedio & transverſo capiant.* Et licet articulus iſte de pluribus loquatur, id tamen ad tempus pacificationis eſt referendum, quo plures Aug. Conf. Principes eccleſiaſtici extiterunt, neque ſingularem numerum excludit. Lubecenſis etiam Epiſcopus tempore pacificationis jam certò ſcivit, ſe membrum hujus ſcamni ſolitarium aliquando fore extiturum, neque tamen ſibi de alio loco proſpexit, adeoque tacitè in ſeſſionem hanc perpetuam conſenſiſſe creditur: neque de ſolitaria hac ſua ſeſſione conqueri neceſſe habet, cum in caſu, quo Aug. Conf. Epiſcopus eccleſiæ Oſnabrugenſi præficitur, is conſortem Scamni ad tempus ſit habiturus.

§. XIIX.

Cæterum, cum numerus Aug. Conf. addictorum Epiſcopatuum tam exiguus ſit, quæritur; Annon ſpes ſuperſit, eum aliquando auctum iri? De quo ſanè valdè dubitandum, ob confirmatum, (juxta communem Doctorum opinionem) in Inſtrum. Pac. Reſervatum illud eccleſiaſticum, vigore cujus Catholicus Archi-Epiſcopus, Epiſcopus, Prælatus &c. religionem Aug. Conf. amplectens, famâ quidem honoreque illibato manente, ſtatim jure ſuo (i. e. munere, dignitate, loco) excidit, fructusque & reditus citra moram & exceptionem cedere cogitur. *Inſtr. Pac. art. 5. §. 15.* Auth. des Teutſchen

Reichs-

Reichs-Staats *Tom. II. P. V. c. I. §. 38.* Hoc igitur metuentes Epiſcopi Catholici vix ad Lutheranam fidem accedent, adeoque, nullis Epiſcopis Aug. Conf. in poſterum extituris, ſcamnum quoque noſtrum membris congruis haud augebitur. Ex literis tamen viri cujusdam in Jure Publico optimè verſati percepi, fore fortasſis, ut Sereniſsimus Dux Saxo-Querfurtenſis ob denegatum hactenus inter ſeculares Principes congruum locum, ſeſſionem in ſcamno hoc transverſo ſit quæſiturus. Quod an eveniet, & per id controverſia mota ſopietur, tempus, rerum magiſtra, docebit.

# SECTIO V.

## *De Forma Scamni transverſi.*

§. I.

DE rebus ac negotiis in Scamno transverſo tractari ſolitis latius hic agere nolumus, cum ſint illa ipſa, quæ alias in Comitiis Imperii expediri ſolent, & quoniam hoc argumentum plurimi de Comitiis ſcriptores maximè Dn. Conringius *in Exerc. VIII. de Negot. Convent. Imp.* ex profeſſo perſecuti fuerunt, ſaltem de Forma ſcamni noſtri breviter quædam dicturi ſumus.

§. II.

Conſiſtit autem Forma hujus Scamni in *TRANSVERSALITATE* (ut ſic dixerim) h. e. quod inter Scamnum eccleſiaſticum & ferè juxta menſam Directorii *transverſim* ſit poſitum. Hoc ipſo enim ſcamnum noſtrum à reliquis duobus diſtinguitur, ut, quemadmodum hæc in linea recta ad longitudinem, nach der Länge / ſint collocata; ita noſtrum reſpectu illorum über die Quer / in linea transverſa videatur poſitum, & ſic Perſonæ illi inſidentes ab aliis reliqua ſcamna occupantibus ſeparentur. Monſtrant hoc pasſim ſchemata ap. Auth. der Grund-veſte / *ad pag. 96.* it. *in annexo Actu Proceſſ. & Propoſit.* Irenic. *in Colleg. Jur. Publ. Imp. R. G. ad Burgold. diſc. 19.* add. Diarium Europ. *Part. X. pag. 33.* aliosque.

§. III.

§. III.

Retinet autem Scamnum noſtrum hanc formam, tam in magno illo Conclavi, ubi relationes & correlationes inter ſtatus habentur, quam in Principum Senatu, qui rogandis ſuffragiis deſtinatus eſt, niſi quod in eo levis cernatur differentia; Ibi enim è regione Electorum, qui ſummo loco ad dextram Cæſaris ſedent, hoc ſcamnum locatũ eſt, cui reſpondent menſæ directoriales, quæ in altero latere poſitæ ſunt. conf. Schema ab Auth. der Grundveſte ꝛc *in annexo Actu Proceſſ. & Propoſit. ad p. 39.* exhibitum Hic verò ſcamnum transverſum Catholicis, primas ſedes occupantibus, eſt oppoſitum, menſâ directoriali paulò altius locatâ, ut à latere hujus ſcamni Directores Collegii Principum aſſidere non videantur, conf. Schema lit. A. ab eod. Auth. der Grundveſte / *ad pag. 66.* delineatum. vid. Auth. *Meditat. ad Sacr. Rom. Imp. Inſtr. Pac. art. 5. § 23. pag. 258.*

§. IV.

Te Transverſalitate igitur, tanquam forma eſſentiali hujus ſcamni, res eſt expedita: ſed an rectè *intermedium* dicatur, prout in *Inſtr. Pac. art 5.* habetur, verb. *Seſſionem in Scamno inter Seculares & Eccleſiaſticos INTERMEDIO & transverſo capiant*, de eo dubitat Auth. Meditat. *ad Inſtr. Pac. p. 257. lit. c.* cum ſcamnum iſtud in circo Eccleſiaſticorum totum ſit poſitum, ut adeo ſitus in hoc art. 5. facta delineatio non admodum congruere, videatur. Hæc ipſa tamen oculis melius percipi, quam deſcriptione, idem ſcriptor fatetur *d. l.*

§. V.

Utut autem Scamni noſtri transverſi differentia ſpecifica in Transverſalitate conſtituatur, non tamen ſedes Electorum in congregatione omnium Statuum, licet & hæ *Transverſæ* apud Coccej. *Prud. Jur. Publ. c. XX. n. 28.* dicantur, cum noſtro coincidere putandum. Specificam namq; formam Subſelliorum Electoraliũ, in iſto actu, qua diſtinctionem ab aliis ſcamnis recipiunt, in eo conſiſtere credim9, quod habeant duas ſcalas ſive gradus

inque

inque ſublimiori poſita ſint loco, reliquorum contra Principum Statuumq; ſubſelliis in medio conclavi poſitis uno tantum gradu gaudentibus. Quid? quod etiam Scamna Electorum à noſtro aliis accidentibus differant, tam ratione quantitatis, tot enim ſunt ſcamna, quot Electores, cum noſtrum ſolum ſit, illique uni plures inſideant, quàm ratione qualitatis, videlicet reſpectu perſonarum illa occupantium, cum in ſcamnis Electores, non tantum eccleſiaſtici, & quidem Catholici, ſed & ſeculares, tàm Pontificiæ, quàm Aug. Confeſſ. addicti ſedeant: In noſtro autem nonniſi Principes eccleſiaſtici, & quidem Aug. Conf. tantum conſpiciantur: Præterea ſedes Electorum rubro ſerico ornentur, noſtrum verò viridi tantùm panno veſtiatur. Schwed. *Part. Spec. S. I. c. XXX. §. 9.* Auth. der Grundveſte *in adject. Deſcript. act. Proceſſ. & propoſ. in præſent. Comit. §. 23.*

§. VI.

Neque confundendum eſt noſtrum Scamnum cum ſcamnis ſeparatis oder ſo genannten Neben- und Adjuncten-Bäncken in Comitiis conſpicuis: licet enim & hæc transverſim ſint poſita, id tamen per accidens tantum contingit, cum aliter vix commodè poni potuerint: forma autem ſpecifica horum eſt, quod collocata ſint prope, intra tamen cancellos. Deinde horum duo ſunt, ſcamnum noſtrum unicum: illorum unum eſt Eccleſiaſticum, perſonis eccleſiaſticis deſtinatum, alterum ſeculare. vid. Diar. Europ. *P. X. pag. 33. Schem. ibid.* noſtrum planè eſt eccleſiaſticum: In illis ſedent Comites & perſonæ nulla principali dignitate fulgentes: In hoc ſedent Principes eccleſiaſtici. In illis ſedent non ſtatus atque perſonæ nullo ſuffragii jure gaudentes; In hoc Imperii Status votum & ſeſſionem in Comitiis habentes.

§. VII.

Ultimo denique loco notamus non in Comitiis ſolum noſtri Rom. Germ. Imperii ſcamnum conſpici transverſum; verum ſimile quoque in Comitiis Galliæ adhiberi, ut refert Gaſtel. *in ſuo Tr. de Stat. Publ. Europ. cap. XV. n. 12.* ex Limnæi

*Not. Franc. Regn. L. VII. C. I. lit. fffggg* his verbis: *In Comitiis Rex conſidet in Theatro editiori, ad dextram & ſiniſtram habens Reginam & Liberos ac Fratres, non procul ab his, ad dextram SCAMNO TRANSVERSO inſident Agnati Regis & alii Principes Patricii: Ad ſiniſtram, inſident Epiſcopi, Pares Franciæ & Cardinales; ad pedes Regis ſedet Magnus Regni Camerarius, & ante ipſum Comes Stabuli cum nudo gladio erecto, itemque Cancellarius &c.* Aſt nec hoc Scamnum transverſum cum noſtro planè convenit, cum ibi ſedeant Regis Agnati &c. Principes ſeculares; In noſtro autem tantum Principis eccleſiaſtici, nec Agnati Imperatoris.

# SECTIO VI.

## *De Fine Scamni Transverſi.*

§. I.

Finem conſtructi Scamni transverſi duplicem eſſe putamus, unum *Intermedium*, alterum *ultimum*: Ille quidem in eo conſiſtit, ut ſic Epiſcopi Aug Conf. ab aliis Principibus tàm eccleſiaſticis quàm ſecularibus in Comitiis ſeparatim ſederent. Utrique enim illos admittere noluerunt, non Eccleſiaſtici, quod Evangelici auctoritatem Pontificis non agnoſcerent, nec Principes ſeculares, quoniam iſtorum qualitas cum ſua non conveniret, adeoque neceſſario medium inventum, ut ſcil. ſeparatim & diſtinctim à reliquis ſedere valerent. Vitriar. *in Inſtit. Jur. Publ. Lib. 1. t. 15. §. 28.* Hinc ratione hujus finis à Doctoribus ſcamnum hoc appellatur *ſeparatum.* Conring. *in tr. de Comit. Imp. §. 15.* it. *locus diverſus.* Pfanner. *in Hiſt. Pac. Weſt. L. II. §. 42.* nec non *ſedes diſtincta.* Pfann. *d. tr. L. III. §. 67. p. 332.* *Ultimus* Finis citra dubium erat, ut Pax, Concordia & Amicitia inter animos hactenus ira & odio exacerbatos reſtitueretur. Ex Hiſtoria enim Pacis

notum

notum eſt, non aliter reſtaurari potuiſſe Pacem & Concordiam, quam ſi Aug. Conf. addictis facultas ſeſſionem & vota, quibus tunc inique fuerant privati, habendi in Comitiis fuiſſet reſtituta.

§. II.

Neutiquam vero noſtri Epiſcopi Aug. Confeſſ. ut ſcamno & ſeſſione à reliquis ſeparati, ita & ratione votorum & ſuffragiorum ab illis diverſi judicantur: quandoquidem illorum & in provocando & votando ſecundum ordinem illis aliàs competentem ratio habetur. Teſtatur hoc Hagemej. *de Comit. c. 3. p. 24.* dum ſcribit; *Provocatio fit alternis vicibus ex Scamno eccleſiaſtico & transverſali in ſeculare.* Nec non Auth. der Grundveſte ꝛc. *P. II. cap. V.* ubi de Magdeburgenſi, adhuc tum membro Scamni transverſi exiſtente, hæc refert: Nach gethanem Vortrag geſchieht vom Reichs-Erb-Marſchall/ welcher oben in der Mitten/ zwiſchen der geiſt- und weltlichen Banck ſeinen Sitz nimmt/ die Umbfrage und Auffruffung/ und zwar wechſelsweiſe/ von einer Banck zu der andern/ jedoch daß Magdeburg allezeit die vierte Stimme/ und alſo/ unerachtet es auf einer abſonderlichen Banck ſitzet/ dannoch *reſpectivè* mit Saltzburg und Burgund zu *alterniren* hat. Sic etiam Oſnabrugenſis Epiſcopus Aug. Conf. in tranſverſo conſtitutus ſcamno, ordinem eundem retinet in votando, quem Epiſcopus Catholicus ſervare ſolet. Idem de Epiſcopo Lubecenſi teſtatur Sprenger. *in Lucern. modern. Stat. P. II. c. 44.* & confirmat Louis du May *dans ſon Etat de l' Empire Tom. 2. dial. 9.* dum ita inquit: *L' autre eſt l' Eveſque de Lubéc, qui dit ſon ſuffrage tout auſſi tôt aprés le Duc de Wirtenberg.* Luculenter inde apparet, ſeparatam noſtrorum Epiſcoporum ſeſſionem non ſimul ſeparationem in aliis ad ſtatum & dignitatem pertinentibus inducere, ut ita Scamni noſtri Transverſi finis, ob quem introductum eſt, Epiſcopis noſtris minimè noceat.

TANTUM.

EUGE

EUGE
NOBILISSIME PURCKHAUERE!
ITA RECTA INCEDIS VIA,
NEC IN TRANSVERSUM RAPERIS:
SED SUBSELLIIS INSIDENS DISCENTIUM
EA CAPIS AVIDE,
QVÆ AD DOCTORUM PULPITA TEMET PERDUCERE
POSSUNT.
NON INSANIENTIUM MORE TURBAS CIES,
SED SANIS LEGIBUS MOREM GERENS
IN STUDIORUM STADIO QVIETE DECURRIS
NEC TRANSVERSUM UNGVEM AB HONESTATIS
TRAMITE DISCEDIS.
COMMONSTRAT ID EXIMIUM SCRIPTUM
DE COMITIORUM SCAMNO
TRANSVERSO,
NON IN POPINÆ AUT TABERNARUM SCAMNIS
SED INTRA MUSEI RECESSUS
CONCEPTUM ET PROPRIO MARTE ELABORATUM,
QVO INGENII TUI PROBAS FELICITATEM
PROBORUMQVE TIBI CONCILIAS FAVOREM ET
LAUDEM,
AUGUROR HINC
TE JUDICUM ALIQVANDO SCAMNIS INSESSURUM
PATRIÆQVE COMITIIS INTERFUTURUM,
ID ENIM MERENTUR CONATUS TUI RECTI
NON TRANSVERSI,
QVIBUS PROSPERA QVÆVIS APPRECANS
ITERUM ACCLAMO
EUGE
FELICITER!
PRÆSES.

Quod

QVod duras *ſedes* Doctorum ſæpè terebas,
Vel tua de *ſcamnis* nobis tractatio monſtrat,
Sic, *mi Pürckhauere, cecidiſti Tibi* ſedem,
Quæ melior multo eſt illis, quas *betula* promit,
Quæque boni nomen *Fabri* per ſæcula dicet.
Ecce *Gradum!* per quem ſcandes ad præmia digna.
Hæc prædico *Tibi*, promitto, *Tibique* peropto.

*Sic, ſibi Cariſſimo Diſſertationis hujus Dn. Autori, Nobiliſſimo æque ac Eruditiſſimo, de ingenii ſpecimine egregie edito, gratulari debet*

Opponens

Joh. Simon Seyfried, Jprud. Cultor, Furtho-Francus.

Non

NOn inter Martis furias ſpes deſit omnis
Pieridum, prorſus nec jacet alma Themis.
Artis cum fœcunda ſeges ſub Pallade *Scamni*
Inventrice *Tui* gliſcat ubique frequens.
Et Muſæ ſpecimen præſenti *Themate* monſtrent,
Dum Mars ſanguineas gaudet habere manus.
Ut vero hoc *Scamnum Te* digno exornet Honore
Opto. Sit Laudis Semita prima *Tuæ*

*Quibus Domino Autori hujus Diſſertationis ſolertisſimo Amico & Contubernali ſuo ſuavisſimo feliciter acclamat*

Opponens

G. A. Hönig, Jprud. Cultor,
Rotenburgo-Francus.

Jena, Diss., 1707 W-Z
f
ULB Halle 3
004 548 876
Sb.
VD18
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0051-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0052-4

Suppl. HC 1407,26a
8

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS PUBLICI
*DE*

# SCAMNO COMITIORVM TRANSVERSO,

# Von der Querbanck.

*QVAM*
IN ALMA SALANA
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*
**DN. GVILIELMO HENRICO,**
DVCE SAX. JVL. CLIV. MONT. ANG. ET WESTPH. &c.
DVCATVS ISENACENSIS HEREDE,
*CONSENSV ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS,*
SVB PRÆSIDIO
*VIRI ILLVSTRIS ET EXCELLENTISSIMI*
**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII,**
JCTI FAMIGERATISSIMI,
SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS CONSILIARII STATVS INTIMI, CVRIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATVS, NEC NON FACVLT. JVRID. ASSESSORIS GRAVISSIMI, JVRIS PVBLICI, FEVDALIS, CODICIS AC NOVELLARVM PROFESSORIS ORDINARII,
*DN. PATRONI AC RRÆCEPTORIS SVI*
*ÆTATEM DEVOTE VENERANDI,*
IN JCTORVM AVDITORIO
*publicè Eruditorum disquiſitioni ſubmittit*
AVCTOR
JOHANNES CHRISTOPHORVS PVRCKHAVERVS,
ROTENBVRGO FRANCVS.
*Ad diem 3. Menſis Septembris Ao. M DCC VII.*

---

JENÆ, CUPRO MULLERIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686450-p0053-0